I/6. C. 2-4.

A.
24
183

17-5-15.

# IVLIANI PETRI ARCHIPRESBYTERI S. IVSTAE CHRONICON

CVM EIVSDEM ADVERSARIIS,

ET

DE EREMITERIIS HISPANIS

*BREVIS DESCRIPTIO,*

ATQVE AB EODEM VARIORVM CARMINVM

COLLECTIO,

EX BIBLIOTHECA OLIVARENSI.

Absque Labore Nihil. μηδεν απερισκεπτως

LVTETIÆ PARISIORVM.

Apud LAVRENTIVM SONNIVM via Iacobæa ſub Circino aureo.

ANNO CIↃ. IↃC. XXVIII.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 6.º C. 13. N. 14

# ANAGRAMMA.

*LAVRENTIVS RAMIRES DE PRADO.*
*PRAE SOLE DEMIRANDA VIRTVS.*

## TETRASTICHON.

*Diuitias alij, vanóſque ſequantur honores,*
*Et quæ fluxa vno ſunt peritura die.*
*DEMIRANDA in te VIRTVS PRAE SOLE refulget:*
*Æterna hæc animi gloria, laúſque tui.*

SCIPION DVPLEIX,
Conſiliarius, & Hiſtoriographus Regius.

EXCELLENTISSIMO

# DOMINO DON GASPARI DE GVZMAN

COMITI DE OLIVARES DVCI DE SANLVCAR
EQVITII REGII SVMMO PRÆFECTO
PHILIPPO IV. HISP. REGI CATHOLICO
A STATVS BELLIQVE CONSILIIS
ET
IN SVPREMO INDIARVM SENATV
MAGNO CANCELLARIO.

*QVod ipsâ itineris moleſtiâ præpeditus inſtar refectionis exiſtimaui,* Tibi *Excellẽtiſſime* Princeps, *res Hiſpanas amanti, atque fouenti dicare libuit; vt animi mei, vel*

*hocce leuidenſi munere , & per freta , & per ſcopulos , teſſeram darem. Cui omnia mea debeo , ni* Tibi? *Si mea poſſum dicere, quæ iure tua.*

Quid enim tam tuum, quàm tu, & quid tam non tuũ, quàm tu, ſi alicuius eſt, quod es? *dixit olim acutiſſimus Afer.*[a] *En beneficium acceptum reddo, vt in referendo, acceptum ingenuè fatear. tuis enim deuinctus, tuis ipſe ſolutus. E magna illa manuſcriptorum librorum Bibliotheca, quam ſummâ curâ, & non ſine ingenti ſumptu, comparaſti;*[b] *non in ornatum, nec in ſpectaculum, ſed in doctrinam, & publicam vtilitatem, jam in lucem prodit IVLIANVS PETRI, Archipreſbyter Sanctæ IVSTÆ, è nobilium Equitum Barroſorum Muzarabum Toletanorum familia oriundus; qui Domino Bernardo Archiepiſcopo Toletano fuit à ſecretis, & floruit ætate Regis Adefonſi* VI. *acerrimi Vrbis Toleti Debellatoris. Auctor certè non contemnendus, variarum linguarum notione inſtructus, multorum voluminum antiqua lectione doctus, ætate proficiens, & prouectus. Chronicum compoſuit, in quo non minus eruditè, quàm ſuccinctè, Sanctorum Martyrum Hiſpaniæ, tam ſui æui, quàm diu anteacti geſta memorat; Regum noſtrorum in Eccleſias donaria, inſigniaq; facinora pace, belloq; patrata, ſigillatim enumerat; & in tractu Carpetano notatu digna, vſque adhuc tamen ſitu obruta, vel iniuriâ temporum penè abolita, fide recenſet. Opus ſanè omni-genum, ab omnibus magnopere expetitum,*

A *B. Auguſtinus in tractatu 29. ad cap. 7. Ioannis tom. 2.*

B *Seneca lib. de trãquil. animi. c. 9.*

laudatum à multis [c]; & à fulgenti totius Orbis lumine Domino Antonio Auguſtino, Tarraconenſi quondam Præſule, pretio habitum, cui exſcriptum exemplar miſit Abbas Abis, ex ipſius IVLIANI autographo, quod, ea tempeſtate, Ticini [d] aſſeruabatur: quamuis Doctor Salazar de Mendoça in Monachorum S. Benedicti Fuldenſi apud Germanos Bibliotheca hodie extare teſtetur. [e] Huiuſcemodi aliud habuit Pater Hieronymus de la Higuera è ſocietate IESV religioſus. quem in hoc Chronicum, commentaria ſcripſiſſe, legi; [f] uti additiones concinnaſſe Fratrem Ægidium

C Plures refert Doctor Salazar de Mendoça in libello, quem inſcripſit de vita S. Ildefonſi pa. 37.

D Pater Franciſcus Portacarrerus é ſocietate IESV presbyter, in libello, Hiſpano idiomate ſcripto, de deſcenſu Dei-paræ Virginis Mariæ ad ſanctam Toletanam Eccleſiam. fol. 2. pag. 2. fol. 48. & 91.

Suffragatur Fr. Franciſcus Biuarius in commentarijs ad Flauium Dextrum in 1. p. Apolog. §. 1. pag. 14.

E Vbi ſupra.

F Inter opera, quæ Zamoræ extant, in cœnobio S. Franciſci, ſeptem voluminibus comprehenſa, & ipſius Ægidij manu ſcripta in membranis, non inueniuntur hæ additiones.



Zamorenſem è Diui Franciſci familia alumnum, Hiſtoriographum illuſtrem tempore, & iuſſu Regis Fernandi. III. Sancti apud omnes nuncupati. Scripſit noſter IVLIANVS itidem Aduerſaria ad Chronicum, vt id explicaret, exornaretque; & de Eremiterijs Hiſpanis compendiario calamo breuem tractatum: quæ omnia ſub tua vmbra longè emicant. Alia verò quorum IVLIANVS in calce Aduerſariorum meminit, licèt diligenti indagatione perquirere non deſtiterim, reperire minimè potui; imò nec verſus, quibus dulciſſimè modulatur horriſonam Almeriæ expugnationem; ex ijs aliquot P. Portocarrerus refert in aureo ſuo libello. [g]

Hocquid quid id eſt, non arida modo punice expolitum, ſed ru-

G De Deſcenſu B. Mariæ fol. 91.

*dem indigeſtamque molem*, *curſim & properans* TIBI *tranſmitto*, quaſi parturiale ovum, *fas ſit cum Caſſiodoro* [h] *loqui*, ubi vitæ futuræ avis, pennarumque grata varietas continetur. Nunc aperiatur in partes, quia hominum conſuetudo eſt, facilius diſcere, quæ diviſa poſſunt evidentiùs elucere; *quippe ex diſtinctione lux.* [i] *In peregrinatione vitam agenti hoc evenit, ut multa hoſpitia haberem, nuſquã que eſſem, dum ubiq; fuiſſem.* [l] *Vale, ô & Muſarum, & dulce decus meum! Burdigalæ. poſtridie Idûs Mart. Anno Salutis.* CIƆ IƆC XX. VIII.

*H Cap. 2. de Anima.*

*I Paulus. IC. in l. 1. Π. de doli mali & metus excep.*

*L Ex Seneca epiſt. 2.*

T. E.

Animo, mancipio

Tuus

DON LAVRENTIVS RAMIREZ DE PRADO.

OBSERVANTISSIMO
# PATRI FR. ALBERTO
FVRNENSI
## IVLIANVS INDIGNVS
ARCHIPRESBYTER SANTÆ IVSTÆ
SALVTEM ET OBEDIENTIAM.

*Operis dedicatio facta à Iuliano.*

FRATER ARCHINDVS veſtri Monaſterij Oeconomus, abſolutis quibuſdam negotijs grauioris notæ, quæ habebat cũ Imperatore, me viſitans rogauit, Conciliorum, & decretorum Hiſpaniæ libros tranſcriberem, quos volebat trãſmittere ad veſtram copioſam Bibliothecam; quia à tempore S. Caroli Magni allati

ſunt multi ad vos libri per Humeſendium Archidiaconum, & Lupum Fideum Muzarabeum, virum primarium, Oratores Elepandri Archiepiſcopi Toletani; ſednon multo antea aliqui ſublati, ſimul etiam petiti à me, & vt quæcunq; haberem opuſcula tam mea, quàm aliorum, darem.

Feci libenter, & quod habui, dedi, ſcilicet opera S. Eulogij Archipreſbyteri Cordubenſis electi Toletani Pontificis, libellum Vviſtremiri cōtra Iconoclaſtas, de adoratione imaginū contra Claudiū Epiſcopū Tauronenſem, Indiculum luminoſum Boniti Pontificis Toletani; opuſcula Philoſophi Stephani Iuliani, Ioannis Ioãnis, & Fœlicis electorum Toletanorum Epiſco-



porum ex alijs ſedibus, qui reliquerunt opuſcula ſua, & annuos redditus pro redemptione animarum ſuarum Sanctæ Eccleſiæ Toletanæ; opera Nicandri Toletani Poëtæ, opera Audentij, Olympij, Gregorijque Toletanorum Pontificum, & ſcripta cæterorum à Natali ad Aſturium Toletanū, nobilium ſcriptorum, & Pontificum Toletanorū Vigilias. Obſecro autem nunc veſtram admodum venerabilem paternitatem mittatis ad nos ex veſtra refertiſſima Bibliotheca vitam S. Herothei, Diuini ſācti Pauli diſcipuli, gēte Hiſpani, quam Græcè ſcripſit D. Dionyſius Areopagita; vitā M. Marcelli Epiſcopi Toletani, dicti Eugenij, quā ſcripſit eius ſucceſſor Honoratus, vi-

tam Philippi, cognomento Philothei, quam in Hiſpaniam tulit Areuacum, ad Laminium conuertit S. Paulus in Hiſpania citeriori, & S. Clemens miſit ad Hiſpanias ante S. M. Marcellum; Eugenium, vitam S. Marcianæ virginis & Martyris Toletanæ, & [a] Auroram Rigæ ad vos mitto, quam ex Gallia ſecum attulit D. Raimundus Archiepiſcopus Toletanus, quem & fecit Archidiaconũ Toletanum: me verò licet immeritum fecit ex Archidiacono Toletanæ ſedis Archipreſbyterum annis iam propemodum fatiſcentem. Toleti æra. 1189. pri. Idus Martias.

[a] *Hic liber inuenitur in bibliotheca Oliuarenſi.*

In Domino valeat tua Reuerẽdiſſima paternitas: ſaluta meo nomine omnes patres huius ſuæ domus ſanctiſſimæ, à quibus in



communibus orationibus ante Dominum ſupplico vehementer plurimùm commendari; ſed quæſo tuã paternitatem, inſpiciat in Bibliotheca ſua an ante M. Marcellum ſit Elpidius, Philippus, Iulianus, & Saturninus: quia vehementiſſimè ſuſpicor ſedem Toletanam ad annum Domini 100. vacuam ſine Pontifice fuiſſe. Iterum vale plurimos annos in Domino Deo noſtro.

# CHRONICON IVLIANI PETRI ECCLESIÆ SANCTÆ IVSTÆ TOLETANÆ ARCHIPRESBYTERI

qui aliquando vixit in Campo laudabili Complutenſis Oppidi, vixitque tempore Alfonſi Raimundi Regis.

*Fuit de genere nobilisſimo Barreſorū Muzarabū.*

*Anno Domini.* *Æra Cæſar.*

SANCTÆ ECCLESIÆ Toletanæ, ſicut cæteræ Hiſpaniarum, & totius mundi ſedes Diptycas ſuas habent, ſicut tabulas, quas in ſecretarijs ſeruant nimis diligenter, in quibus aliæ ſunt Conciliorũm, aliæ Epiſcoporum ſuæ ſedis, aliæ viuorum, aliæ defunctorum; ſed præcipua curæ defunctorum Pontificum.

1j Prima ſic habet: pro ſpiritibus pauſantium, Honorati, Pelagij, Quintini, Vincentij, Palmati, Melanti, Aſturij, & aliorũ. Hæc fuit prima in qua non ponũtur martyres, ſcilicet Iacobus, Elpidius, Iulianus, Ioannes Iuanus, & Santurninus, & Marcus Marcellus, Eugenius, quia conſtat fuiſſe martyres, & in nullis ſequentium Diptycis ponuntur vlli Martyres.

Anno Domini. 2 Secunda: pro ſpiritibus pauſantium, Hilarij, Athanaſij, Martini, Ambroſij, Auguſtini, Heſichij, Maioriani, Serrani, qui & Auſturius, Caſtini Campei, Iuliani, Sinticionis, Palmati, Petri primi, Hectoris, Celſi, Mōtani, Iuliani, Bacaudæ, Petri 2. Euphemij, Exuperij, Adelphij, Auriſij, Helladij, Iuſti, Eugenij, item Eugenij, Ildefonſi, Kiriaci, aut Siriaci, Iuliani, Felicis. Æra Cæſar.

3 Tertia Diptyca: pro ſpiritibus pauſantium Hilarij, Athanaſij, Martini, Ambroſij, Auguſtini, Fulgentij, Iuliani, Siſebuti, Felicis, Gũderici, Sinderedi, Vrbani, Iuliani, Suinderedi, Concordij, Petri tertij, Cixiliani, Gumeſindij, Elipãdi, VViſtremiri, Eulogij electi, Boniti, Iuliani, Philippi electi Petri quarti, Stephani electi, Ioannis Servi-Dei, Blaſij, Iuliani electi Archiepiſcopi Toletani.

4 Quarta Diptyca: pro ſpiritibus pauſantium Hilarij, Athanaſij, Martini, Ambroſij, Auguſtini, Fulgentij, Leandri, Iſidori, Dauid, Iuliani, item Iuliani electi, Petri, item Petri, Ioãnis Servi-Dei, Viſitani, Vincentij, Blaſij, Felicis electi, Felicis, Cypriani, Vincentij, Gerontij, Zachariæ, Cenapoli, Dominici, Iuſti, Saturnini, Saluiati, item Saluiati, Paſchalis, Petri; omnes à Iuliano ſecundo, ad Petrum Archiepiſcopum Toletanum, tempore captiuitatis; & poſt captiuitatem; Bernardi Raimundi, Ioannis, qui me viuente feliciter Eccleſiam regit Toletanam. Hæc poſtrema Diptyca eſt in Miſſalibus S. Iſidori, quæ ſeruant ſex Eccleſiæ, & me præſente hæc ipſa Diptyca facta eſt.

5 Vt



Anno Domini. 36. 5 Vt traditio conſtans eſt ab Apoſtolorum huc uſq; ducta temporibus, multorũ etiam veterũ, Torquati, Theſiphontis, Honorati, Melantij, Dextri, M. Maximini, Iſidori, Bedæ, aliorumque teſtimonijs, anno Domini 36. ſatis honorificâ cauſâ, S. Apoſtolus Zebedæi filius Hiſpanias adijt, Vrbes omnes eius luſtrat, Toleti primam ſedem collocat, Metropoles diſtinguit, Hiſpali, Bracaræ, Iriæ, Cæſarauguſtæ, Barcinone, Tarracone, Carthagini, Auſturicæ, Toletique primos Epiſcopos conſtituit, cum quibus Archipreſbyteros, & Archidiaconos conſtitutos reliquit. Æra Cæſaris. 74.

6 In Archiuo S. Iuſtæ Toletanæ, quæ antè mea tempora fuit ſedes Archiepiſcopalis, licèt olim fuerit in æde S. Marię de *Alficen*, erat, quòd multi Gẽtiles, qui venerant Hieroſolymam orare ad ſanctum templum, erant Hiſpani, qui voluerunt videre, & alloqui IESVM, cupientes, vt Gẽtilibus ſuæ terræ prædicaretur, maximè Centurione Hiſpano, qui interfuit paſſioni, poſcente, qui comitatus eſt Iacobum, & vocatus eſt Torquatus Cornelius, & quòd viſus ſit Iacobus venire ad Hiſpanias hac de cauſa; venerit autem duobus poſt mortem Saluatoris annis, vt dictum eſt.

7 Tranſtuli quoque de Latino in Hiſpanum quandam hiſtoriam allatam hûc de S. Maria de Columna Cæſarauguſtana; quomodo vocatus fuerit Epheſo, Sanctus Iacobus à B. Petro, & venerit in Hiſpaniam ad prædicandum, & ſol-

Anno Domini. — Æra Cæſar.

uens Ioppe per mediterraneum anno 36. omnem regionem illam peragrauit, exſcenditque in portu Tarraconenſi, & ibi docere cæpit. tum multis diſcipulis, & oratoribus ad Petrum miſſis, inde venerit Cæſarauguſtam, vbi illa nocte oranti apparuit B. Virgo ſuper columnam comitata Angelis, & Ciuibus æthereis, & allato ſecum Sancto Ioanne Euangeliſta, indiuiduo B. Virginis, dum vixit, comite, iuſſit vt ibi erigeret in honorem ſuum Eccleſiam, & ſuper columnam illam erigeret altare, futurum pollicens, manſuram præ cæteris Hiſpaniæ Ciuitatibus ibi deuotionem B. Virginis, & fidei ſacram anchoram ſemper ibi inconcuſſam fore; & ibi dicitur in Hiſpania moratum Apoſtolum vſque ad annum 41. ferè ſex annorum ſpatio, mirâ celeritate, Iudæis, Gentibuſque prædicaſſe.

8 Reperi in eodem Archiuo duas, treſue Epiſtolas in Hæbreo, & in Arabico, & Latinè; quarum vna erat Iudæorũ Hieroſolymitanorum ad Hæbreos Hiſpanos, præcipuè Toletanos, & Zamorenſes, vt ſuffragarentur in mortẽ CHRISTI Saluatoris: & Iudæi qui de Hieroſolyma venerant Toletum, ædificauerunt ibi celeberrimam Mundi, & totius Hiſpanię ſynagogam, nolentes redire Hieruſalem, propterea quòd audierant reparatum, pòſt templum iterùm perdendum: & nullo modo voluerunt conſentire in necem innocentiſſimi IESV: miſerunt verò reſponſionem cum ſuis nuntijs ad Hieroſolymitanos Toletani

nolentes



Anno Domini. — Æra Cæſaris.

nolentes conſentire petitionibus illorum, & eorum vnus dictus eſt Athanaſius, & alter Ioſeph; Athanaſius verò venit poſteà cum B. Iacobo ad Hiſpanias.

9. Tertia verò Epiſtola, quæ ſolùm erat in Hebræo, erat reſponſiua, quâ petebant Hiroſolymitani Iudæi de genere ſacerdotali, Annas, & Caiphas, Ioſeph, & alii, ne ſi venirent ad Hiſpanias diſcipuli CHRISTI, (nam dicebatur venire iã Iacobus Zebedæi filius eius Apoſtolus) vllo modo eos admitterent, ſed tanquàm illuſores, & nebulones ſuis Vrbibus arcerent. Illi vero miſerunt Euphraſium, & Indaletium, rogantes Petrum, & cæteros Apoſtolos, vt ſtatim Iacobum mitterent: qui venientes Hieroſolymam dederunt ſuas Epiſtolas Petro; & viſis eius miraculis conuerſi ſunt, & venerunt cum B. Iacobo, quem ad tam honorificam miſſionem (vt CHRISTVS eum deſignauerat) libenter illicò miſerunt; has ego Epiſtolas in Hiſpanum de Arabico conuerti; & aliam Hebræam iuſſu ſereniſſimi, & inuictiſſimi Imperatoris Adefõſi ſexti, quas in tabulario Ciuitatis Toletanæ ſeruandas diligenter reponi iuſſit.

10. In eodem Archiuo S. Iuſtæ eſt hiſtoria Latina de Vita S. Iacobi, vbi dicuntur maxima miracula, quæ S. Iacobus vbique locorum operabatur; & quòd euerſum eſt celeberrimum templum Herculis Gaditani. Ibi etiam dicitur quòd Valerius Martialis, Ciuis Romanus, Epiſcopus Lemovicenſis, & Martyr fuerit; erat quarta

*Anno Domini.* Epiſtola in Hebræo ijs prior, miſſa à Hieroſolymitanis Iudæis Toletanis. *Æra Cæſaris.*

66\. 11. Lugduni in Conuenis. 23. Auguſti anno Domini 66. Eleazarus cum octo filiis diſcipulus S. Petri, priùs Toletanus Archiſynagogus in Ieruſalem ab illo conuerſus fuit Martyr. 98

12\. Ibi etiam dicitur quòd Maria Salome mater Iacobi, & Ioannis, ſecuta eſt Iacobum filium ad Hiſpanias, poſteà verò cum filio rediit Hieroſolymam; vbi mortuo filio, ibidem Beatam Virginem comitata eſt, quæ iam ætate ingraueſcens, vt audiuit filium mitti Romam, eum ſecuta eſt, & accedens Vrbem Vercelas, ibi in pace quieuit, & locus illuſtratur miraculis.

13\. Ibi etiam dicitur quod Iacobus decollatus allatus eſt Hieroſolymis Ioppen, per quadraginta millia, ab Apoſtolis, & diſcipulis, & multis fratribus; & depoſitus in domo Tabitæ, vel Dorcadis, reuerſi ſunt Apoſtoli, multis ex diſcipulis, vti dictum eſt, remanentibus, quod voluntatem eſſe Dei intelligerent vt irent in Hiſpaniam, vbi S. Iacobus prædicauerat, & eò deferrent corpus glorioſum Apoſtoli Protomartyris inter Apoſtolos. Nocte mediâ ingreſſi ſunt nauem euntem in Hiſpaniam, atque eum comitati ſunt nouem diſcipuli, & alii numero multi cum cæreis, & ſuffitibus, ac aromatibus, & pſalmodia, laudanteſque Deum vela ventis dederunt; & non poſt multos hos dies ingreſſa nauis Herculeũ fretum ad Iriam Flauiam appullit, vbi deſtructo Idolo,



*Anno Domini.* templum Deo, & ſacro Apoſtolo dedicauerunt. *Æra Cæſaris.* Venientes verò cum illo Epiſcopi Baſilius, Pius, Gregorius, & alii altare conſecrauerunt, & in illo loco tandem ſacratiſſimum theſaurum depoſuerunt.

14\. Dicitur etiam ibi quod Luparia fæmina primaria, quæ S. Iacobum audierat viuentem, nec eius dictis miraculiſque crediderat, miſit diſcipulos eius ad Lucium Venonum Elutianum, qui tunc erat Cohortis Tribunus primæ, Galleciæ cõſidentem in Oppido, quod à Cohorte nomen accepit, & dicitur nunc Franca, & aliquando Luci Auguſti degebat. Is erat eius regionis Princeps, & pòſt Patronus Coloniæ Tarraconenſis, habebatque prædia in agro Eborenſi. Hic comprehendit diſcipulos, qui ab Angelo liberati cùm fugerent, & perſequerentur eos milites ad pontem fluminis Tamaris, propè portum Arotebrarum, vel Noiam, ad pontem nauium, dempto ponte, ſubmerſi ſunt. quod oppidum, ſcilicèt Noia, fuit Claudiæ Lupariæ, vxoris Agatopi; & duo portus erant Claudiæ Lupariæ fæminæ ad Accim in Bethica degẽtis, quæ poſteà ad prædicationẽ Torquati, & ſociorum conuerſa eſt: ipſe vero Lucius credidit, & vxor eius Celerina, quæ, poſt mortem mariti in pace quieſcentis in agro Eborenſi ad portum Sinæ corpus S. Torpentis Martyris, ex Italia diuinitùs eò delati, ſuſcepit, & ibi elegans templum in littore illi condidit. Claudia Lupa, credidit poſt aliqua miracula, & Apoſtoli

Anno Domini. deuotiſſima fuit. Inuiſunt eius Apoſtoli ſepulchrum aliqui Epiſcopi, qui ab eo relicti fuerunt in Hiſpania; vt S. Petrus Epiſcopus Bracharenſis, Athanaſius Cæſarauguſtanus, Toletanus, Tarraconenſis, Barchinonenſis, & Auſturicenſis, Agatopus Auguſti libertus, vir apprimè potens cum filiis ſuis (vt quidam putant) cum patre conuerſis, qui cum illis martyrium paſſus eſt; ille quidem Antiochiæ, alter Argentorati, alter Anagniæ. de quibus extat inſcriptio Romana. De hac verò tranſlatione corporis S. Iacobi in Hiſpanias circumfertur antiqua quædam Epiſtola Leonis 3. Romani Pontificis ad Elipandum Archiepſcopum Toletanum, & ad cæteros Hiſpaniæ Epiſcopos quæ incipit. *Noſcit fraternitas veſtra*; anno Pontificatus ſui. 8. & Domini, 803. ſcripta eſt autem poſt inuentionem S. Corporis ad petitionem Caroli Magni. Æra Cæſaris.

15 A tempore paſſionis S. Iacobi Maioris, Paſtoris, Apoſtoli, & Patris Hiſpanorum, feſtum eius Martyrii celebratur 25. Iulii die, licét paſſus fuerit re verâ 25. Martii, ipſo quidem die incarnationis, & Paſſionis Dominicæ; & tranſlationis. 30. die Decembris, aliàs prima die Ianuarii, ſed ſine ieiunio, licét transferatur propter Circumciſionem; eiuſque feſtiuitas eſt, ſub nomine Iacobi Fratris Domini, quod nomen etiam couenit Iacobo Maiori, duoque feſta eius celebrantur, vt docet Lucius Flauius Dexter Barchinonenſis, & ad hunc vſque diem celebrata fuiſſe



Anno Domini. comperimus. Hæc 25. Iulii ſemper in Hiſpania læta, celebris, & veneranda fuit. Æra Cæſaris.

16 S. Iocobo Maiori ſeruiuit, vt Diaconus, S. Stephanus Protomartyr, vt ait S. Ignatius Epiſcopus Antiochenus, Martyr illuſtriſſimus in Epiſtola ad Trallianos, vocantque noſtra Concilia S. Iacobum Maiorem, Beatiſſimum, & per emphaſim, Apoſtolum, aliiſque nominibus honorificis, tanquàm ſuum Apoſtolum, & Patronum, qui in auribus eorum, & primogenitoribus lucem Euangelii effudit; duodecimque tribubus in Hiſpania conſtitutis, vt docet Sophronius, prædicauit; & Epiſtolam Canonicam ſcripſit, vt docent Iſidorus, & ante eum alii celebres ſcriptores Hiſpani: quorum fuit, eo ſeculo, communis opinio, vt Miſſa S. Iacobi à B. Iſidoro expurgata, à Melantio edita, aucta verò à S. Serrano Auſturio, manifeſtiſſimè teſtantur, & alij.

44. 17 Hoc anno baptizatur Helena Regina Adiabenorum, & Rachates filius eius Rex prædicatione Pontificis Annaniæ Damaſcenorum, qui S. Paulum baptizauit iuſſione Eleazari diſcipuli S. Petri, ex Annalibus Hieroſolymitanis. 82.

[*Rachates*] *vg. Izates.* Sic legit noſter Amicus charus Rodericus Carus ad Flauium Dextrum fol. 35. b. litterâ. c.

18 Priùs tamen hic Rex circumciſus eſt; vnde Iudæi ex circumciſione putauerunt, omnes ad CHRISTI fidem venientes circũcidendos eſſe. & inde paulatim ſerpſit, velut cancer, hoc malũ, de

*Anno Domini.* — *Æra Cæsaris.*

quare poſteà S. Apoſtoli conuenientes cum Se-
nioribus habuerunt Concilium.

60. 19 S. Petrus ad Hiſpanias ſe cõtulit. Vt Paſtor v- 98.
niuerſalis oues inuiſit; illas præsẽtiâ ſuá doctrinâ-
que nobilitat. Firmij, vel Sexti Firmij Epenetum
Epiſcopum reliquit; Toleti Iulianum Ciuem
conuertit, quæ Ciuitas ſanctiſſimi Paſtoris, &
Clementis prædicationibus illuſtratur. Comes
S. Petri in hác peregrinatione fuit B. Clemens.

20 Iam diù ex anno 35. prædicatur Gentibus
Euangelium, cum linteum oſtenſum eſt S. Pe-
tro, eo ipſo anno, vel paulò poſt Pauli conuer-
ſionem; ideò reſervatum eſt oſtium, conuerſo
Cornelio.

63. 21 S. Paulus Româ profectus, iam liber, & vin- 101.
culis abſolutus, Hiſpanias adiit, nauibus Gentium
vectus, Carthagine Spartariâ exſcendit, in omni-
bus Vrbibus Hiſpaniæ prædicat, animos Catho-
licorum confirmat in fide. Laminii, quæ Ciuitas
Areuatum eſt in fine Carpetaniæ, Probum, Xan-
tippem, & Philippum conuertit. Inde reuerſus,
ex itinere Italiæ, ſcribit ad Hiſpanos, præcipuè
Hebræos, Epiſtolã, quæ inſcribitur; *Ad Hebræos*,
eiuſque vltima eſt, iam morti paſſionique vici-
nus, quam cum Timotheo miſit.

[Vide Abulenſem ad cap. 24. Matthæi, & ad c. 33. Geneſ. aptior D. Hieronym. locus in Iſaiam. *In Hiſpaniam alienigarum portatus eſt nauibus*: & in Amos. c. 2. Martyrolog. Romanum 22. die Martij. eadem profectio deſcripta ab Hippolyto lib. 72. diſcipul. Cyrillo Alexandrino Cath. 17. Theodoreto in Epiſt. ad Timothœum. &



*Anno Domini.* — *Æra Cæsaris.*

ad Philipp. ac alibi. hæc & plura Claudius Dauſgius in libro, cuius lemma. *Sancti Pauli Apoſtoli ſanctitudo*. pag. 255.

22 Baſilius Ciuis Municipii Florentini, ibi Illi-
beritani, Epiſcopus Carthaginis Spartariæ, ſepelit
aliquot Iacobi diſcipulos Martyres.

93. 23 Iulianus diſcipulus S. Clementis, pòſt Roma- 131.
ni Pontificis, in Hiſpania prædicatione S. Petri
ad fidem conuerſus, cõſtitutus Epiſcopus Carpe-
tanorum. Hic ferè deceptus, & penè lapſus fuit
conſortio malorum, & vehementi pondere per-
ſecutionum, quem Clemens mirificè ſuis literis
confirmauit, &, vt alios ipſe confirmet in fide
hac, inter æſtus vndantes ſæuiſſimæ perſecutio-
nis ſtabiliat, hortatur.

24 Sacer, & ante eum Petrus Clemens, Ti-
motheus, & quotquot inuiſerunt Hiſpanias, in-
uiſerunt ſepulchrum Beatiſſimi & Sãcti Iacobi, à
quibus, & à diſcipulis, qui eius decollationi inter-
fuerant, nuntiatum eſt, quod & ego B. Calixtum
ſecundum audiui dicentem, cùm, in feſto S. Ia-
cobi die, Romæ concionaretur 25. Iulii, quòd
cùm caput Apoſtoli amputatum eſt, non cecidit
in terram, ſed Sanctiſſimus Apoſtolus inter ſuas
manus illud excepit, & diù retinuit, nec potue-
runt carnifices illud inde tollere; nam conanti-
bus manus aruerunt, & brachia. Pòſt decolla-
tus eſt Ioſias, & mirifica lux apparuit, terræ mo-
tus & fulgura ſecuta ſunt, & multos carnificum
abſorpſit; quibus prodigiis mirificè delectati

*Anno Domini.* ſunt fideles, qui ſuper corpus Apoſtoli magnum planctum fecerunt, & illud honorificentiſſimè curarunt. *Æra Cæſaris.*

25 Sub Traiano, anteceſſore Domitiani, vel paulò pòſt, Dianii in Hiſpania, Sāctorum Martyrum Lucioli, Fortunati, & ſociorum 17. Ianuarij.

94. 26 In eadem perſecutione in Hiſpania, Ciuitate 132.
*Mart. Rom. 3 Martij agnoſcit.* Brionia, vel Briania, Sanctorum Martyrum Sociotis, & Stephani; alii ſub Nerone.

95. 27 Philippus, cognomēto Philotheus, quem La- 133.
minii in Hiſpania conuertit S. Paulus, eiuſque reditum Romam comitatus eſt, à S. Clemente Papa Legatus ſedis Apoſtolicæ mittitur in Hiſpaniam; prædicat Toleti. ſedem inquam totius Hiſpaniæ Primatem, iam ibi collocatam, confirmat: totam Carpetaniam, & Maiorem Hiſpaniæ partem viſitat, nec multò pòſt quieſcit in pace; moriturque Laminii, & ibidem honorificè ſepelitur, celebraturque decimo Kalendas Nouembris.

100. 28 S. Marcus Marcellus, Marci Marcelli Præfe- 138.
cti filius, cognomento Eugenius, vir Conſularis à S. Dionyſio Areopagita Arelate in Gallia, Saturnino, & Epiſcopo Bellouacenſi adiuuantibus, ordinatur Epiſcopus ad Hiſpanias; cum poteſtate Legati mittitur ad Hiſpanias, & Toleti prædicat; ibi ſedem Primatem totius Hiſpaniæ collocat, quam Apoſtolus Iacobus, cæterique colloca-
runt,



*Anno Domini.* runt, venit comite Archipreſbytero, ſuo Vitali & fratre, cum Cenone, & Felicula; durat ſedes eius Patriarchalis Toleti ad annum 130. *Æra Cæſaris.*

28 Fuit hic S. Marcellus diſcipulus S. Petri priùs, cum altero Marcello cognato ſuo, qui pòſt fuit Martyr Romæ, & Apuleio diſcipulo Simonis Magi, & de domo Cæſaris Neronis, ibique ob ingenii venuſtatem, morum elegantiam, & in dicendo lepórem valdè familiaris. quique Petrum in ſuis Roma digreſſionibus, ac itineribus familiariſſimè comitatus fuit, quoád vixit. Mortuum verò de cruce ſuſtulit, conditumque ſepeliuit, à quo monitus, vt iret Gentibus prædicatum, cum aliis in Hiſpanias venit.

29 Hic idem ſcripſit Vitas S. Petronillæ, Flauiæ, Domitillæ, Nerei, Archilei, & ſociorum Martyrum, in Poncia Inſula exulum.

102. 29 Acceptis Toleti litteris, quas ad eum miſe- 140.
runt S. CHRITI Martyres, ex Inſula Ponciana, mittit eos conſolatum fratrem Vitalem.

30 Martyres in crucem actos *Laureolos* vocat Martialis Epigrammate 7.

31 Mentio celebris in Hiſpania Auli Palmæ Conſularis, quem occidi iuſſit Adrianus.

32 Martialis lib. 7. meminit S. Lini Papæ, more Chriſtiano, oſculantis.

33 Celebris habetur memoria S. Ariſtoboli, cognomento Zebedæi, Patris Iacobi, & Ioannis, Concordiæ, & Claudiæ, Vxorum Sanctorum

*Vide Fr. Biuariũ ad Dextrum anno. 60. commen. 2. n. 4. & anno 76. n. 7.*

*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

Apoſtolorum Petri, & Andreæ. Qui Zebedæus, Frater fuit S. Barnabæ; iam grandæuus petiit Britanniam cum Ioſepho, & aliis, & ibi Epiſcopus anno 62. ſub Nerone martyrium paſſus eſt. alii volunt Betoniæ.

34 Aſte in Hiſpania S. Eutychius, Honorius, & Stephanus Martyres, & viri quidem Apoſtolici, ſub Traiano martyrium paſſi.

35 Sancti CHRISTI Apoſtoli Simon, & Iudas hoc anno paſſi ſunt.

36 Euangelium S. Ioannis, quod Iacobus in Hiſpania prædicauerat, vt à Fratre acceperat, accipitur ab Hiſpanis, miſſis ad hoc Legatis.

37 Sanctus Vitalis, Toletanus Archipreſbyter, miſſus à Sancto Eugenio ad conſolandum Chriſtianos detentos in Inſula Poncia, ex itinere conſulit Sanctum Dionyſium Pariſiorum Epiſcopum, deinde Clementem. Pòſt viſos, & conſolatos Martyres, ad exilium miſſos, comitatur; illo verò mortuo, Romam rediens illuſtre martyrium patitur cum Cenone, & Felicula, viæ comitibus.

105. 38 Sanctus Saturninus cùm veniſſet ſemél Toletum anno Domini 85. hoc anno iterùm rediit, 143.
dum Sanctus Marcellus Hiſpániam viſitaret.

39 In Bethica Marcheniæ, quæ Marcia Polonia dicitur, S. Apollonius, cum ſociis, pro CHRISTI Domini perſecutione, perimuntur.

107. 40 Sanctus Probus, Diſcipulus S. Pauli, mari- 145.
tus Sanctæ Xantippæ Laminitanæ, comitatus



*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

Paulum, ex Hiſpania Romam venit, & comes S. Marcelli Eugenii, venit iterùm in Hiſpanias; indè veniens in Italiam fit Epiſcopus ſeptimus Rauennas; in vita, morteque multis miraculis claruit. eius dies natalis in Eccleſiis colitur 28. die Octobris.

41 Bracharæ poſt Sanctum Ouidium Sanctus Policarpus Epiſcopus Bracharenſis, ad annum 130.

108. 42 Scholæ Theologicæ fuerunt hoc anno, vt 146.
olim fuerant ſub ſanctiſſimis Pontificibus Hierotheo, & Dionyſio Areopagita.

43 Sanctus Dionyſius ſcribit ad Eugenium Marcellum, Epiſcopum Toletanũ, dictum etiam Timotheum, id eſt, à Deo honoratum, librum de Diuinis nominibus, & alia.

44 Xantippe, & Polixena eius Vxor, virgo ſanctiſſima, & eius ſocia Rebecca, item virgo, & Sanctus Oneſimus S. Pauli diſcipulus frequenter Laminio Toletum ventitant; eoque Eugenio conſulto, nimis animati reuertuntur domum.

45 Frequenter S. Oneſimus Toleti prædicat, & per totam diſcurrit Carpetaniam, qui reuerſus Romam, ibi pro CHRISTO viriliter paſſus, Martyr fit.

109. 46 Hoc anno Xantippe, & Polixena ad melio- 147.
rem vitam demigrant.

47 Crebris miſſis, acceptiſque literis, M. Marcellus Eugenius, Toletanus Epiſcopus, & Hiſpaniarum Apoſtolus, & Dionyſius Areopagita

*Anno Domini.* Pariſiorum Antiſtes ſe, conſolantur, & ſpiritualium rerum fruuntur alloquio dulciſſimo. *Æra Cæſaris.*

48 S. Eugenius, laxatis ſpatiis prioris templi, illud Aſſumptioni B. MARIÆ Virginis ad cæleſtia Regna, celebritèr dedicat.

49 Marcus Hæreticus, Pater Gnoſticorum, Toleto ignominiter pellitur.

Aluentibili in Hiſpania quæ nunc dicitur *Aluelda*. S. Martyr Exuperius.

50 Bletiſſæ in Hiſpania naſcitur Trogus Pompeius Hiſtoricus.

51 S. Marcellus Eugenius omnes Metropolis ſuæ Epiſcopos præſertim viſitat, ſalubribus monitis ad patiendum pro gloria Domini animat.

52 Memoria celebris Martialis, qui Bilbili deceſſit anno 106.

53 Licinianus, qui & Licinius, notus, Martiali, creditur paſſus ſeptimo Auguſti, Nouocomi.

54 XXII. Iunii in Monte Ararath decem mille Martyres, ſociis Hermolao Toletano Epiſcopo cioque.

*Vide quæ notat Card. Baro. in Ma. 118.*

55 Floret Victorius Marcellus, ad quem Statius ſcribit. fuit hic S. Marcelli Frater, Vitalis dictus.

56 S. Eugenius Marcellus Legatus ad Dionyſium, pro maximis Eccleſiarum Hiſpaniæ negotiis, eligitur; ille verò, rebus ſui Pontificii rectè compoſitis, ad Galliam proficiſcitur; Toloſæ mortuo S. Saturnino, priùs prædicat; propè Pariſios de morte S. Dionyſij certior fit; elegantiſ- 160.



*Anno Domini.* ſimum Hymnum in eius laudem componit. Ipſe verò S. Marcellus, dùm feruentiſſimè CHRISTI fidem prædicat, menſe ſequenti patitur. *Æra Cæſaris.*

57 Sub hoc tempus S. Quiteria, Geniuera, Marina, Marciana, Virgo Vulge fortis, ſeu Liberata, & aliæ quatuor Virgines, & Martyres, filiæ Catilli, Viri Conſularis, & Luſitaniæ Reguli, cum alijs, ſcilicèt Valentino Epiſcopo; qui apud Veſetaniam, cum Quiteria, Prouinciam proximam Toletanæ, Meridiem verſùs, Oppido verò Adura, vel Aeria, quod nunc Margeliza dicitur, martyriũ celebre in Hiſp. paſſus eſt, die 20. Menſis Maij. Ex S. Quiteria natæ ſunt iſtæ diuinæ Sorores, Geniuera, Victoria Eumelia, Grimana, Genima, Martiana, Quiteria, Baſiliſa, Vulgefortis, vel Liberata, vno partu, in Ciuitate Galleciæ, dicta Beleagra, quæ nũc dicitur Baiona, propè Ciuitatem dictam Tudenſem. Martiana paſſa eſt Toleti ann. 155. aliquantò pòſt Sorores. XIII. Iulij mentio fit huius in Martyrologijs, & licèt obierit à tauro dilacerata; tamèn hæc altera longè vetuſtior eſt.

58 In Syria S. Baſilicæ Sororis, S. Quiteriæ Hiſpanæ Martyris, celebratur primâ die Nouembris. S. Germana Soror harum Carthagine in Africa; ſic in Martyrologijs. Die 19. Ianuarij in Africa Sanctorum Martyrum Pauli, Gerontij, Saturnini, Iulij, Piæ, & Germanæ. S. Genima patitur Tude. Primâ Nouem. colitur, Eumelia, Ciuitate Abobrigenſi in Gallecia. Primâ Decembris, an-

*Anno Domini.* no 139. Marina, propè Amphilochium Vrbem, *Æra Cæſar.*
paſſa fuiſſe dicitur.

132. 59 In Conuentu Auſturicẽſi Hiſpaniæ, Oppido 170.
Senone, nunc Zamora, Sancta Columba Virgo,
& Martyr, primùm in ignem iniecta, deinde
grauiter torta, poſtremò capite cæſa ad Superos
euolauit, à cuius ſacra paſſione Vicus propin-
quus, S. Columba, dictus eſt.

[Vide Martyrol. Rom. 31. Decemb. littera D.

60 S. Honoratus Conquienſis Hiſpanus Con-
feſſor, ſuccedit S. Eugenio Marcello, poſt aliquòt
annos ad Gallias, prædicandi cauſâ, proficiſcitur.
Paternum, quem *S. Saturninus* Toleti conuer-
terat, & fecerat Aluſenſium Epiſcopum, inui-
ſit, relictoque Hermolao ſucceſſore, diſcedit cir-
citèr quatuor annos à profectione *S.* Marcelli.

134. 61 *Sanctus* Hermolaus milites Chriſtianos, 172.
quorum ille bonam partem prædicatione ſuâ,
vel ad Fidem conuerterat, vel in Hiſpania bapti-
zauerat, relicto ſuæ Diœceſeos Aulo Pelagio A-
138. grippa ſucceſſore, Romam ſequitur, & indè ad 176.
Armeniam, & in Monte Ararath cum illis glo-
rioſiſſimum planè martyrium ſubijt.

156. 63 Paternus Epiſcopus Toletanus ad annum 194.
Domini 156. vixit, qui multum laborauit in con-
uerſione Gentium, & Iudæorum.

64 Aſte in Hiſpania Bethica *Sanctus Secun-
dus*, CHRISTI Martyr. Eodem anno Dertoſæ, in
Ilercaonibus *Sanctus* Martianus Epiſcopus; ibi
& Martyr.



*Anno Domini.* 65 Iulius Ioſcus, Miles Legionis 15. patriâ Cor- *Cæſa- Æraris.*
dubenſis in Hiſpania, pro CHRISTI fide glo-
185. rioſè & animoſè patitur. 223.

202. 66 Turibius Pontifex Toletanus ad annum 240.
202. ſcriptor nobilis Eccleſiaſticus, grauitèr pro
defenſione Fidei à Gentilibus patitur.

67 Helpidij Diſcipuli, clanculùm docentes,
Toleto pelluntur.

68 Quinetus Epiſcopus Toletanus, excellentis
Vir ſpiritus extitit, & defendit fortitèr, & con-
ſtantèr Fidem CHRISTI; iacet Toleti.

69 Villæ Caſinæ, vulgò *Villacis* in fine Carpe-
taniæ, Martyrium patitur S. Parus Presbyter, ſub
Antonino. 4. Nouembris.

245. 70 Verecæ in Gallecia, quæ nunc *Vera* dicitur, 283.
Sanctus Epitacius Epiſcopus Vercenſis, in Dioe-
ceſi Bracharenſi, 23. die Maij.

[Vide Martyrol. 23. Maij. B.

71 Vincentius Epiſcopus Toletanus ad an-
nos 245. ad hunc Sanctus Pontifex Antherus, ſub
nomine Metropolitani, in Prouincia Toletana,
ſcribit. fuit vir egregius, & pius; Meuiæ verò
moritur.

72 Melciades, qui poſteà fuit Papa, naſcitur
in Hiſpania, ſcilicèt patribus Africis, apud Vrbem
Mantuam Carpetanorum.

252. 73 S. Thyrſus Ciuis Toletanus, Catechumenus, 290.
Toleo egreditur; in Vrbe Apolonia Græciæ, ſub
Decio, Fidei illuſtre teſtimonium dat.

Anno Domini. Æra Cæſaris.

[De S. Thyrſo, plura in libello, quem edidit Don Alfonſus de Carcamo, olim Toletanæ Vrbis Prætor. Vide Martyr. 28. Ianuarij. c. & Fr. Franciſcum Biuarium ad Flav. Dextrum. anno 286. com. 2. p. 303.

74 Paulatus, *aliàs*, Pribatus, Epiſcopus Toletanus ad ann. 280. iacet cum antecesſoribus ſuis ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, vulgò dicitur nùnc *de Alficen*, quæ tertia fuit Toletanorum Eccleſia; ſecunda verò Prætorienſis S. Leucadiæ Virginis, & Martyris; prima verò S. Mariæ adhùc viuenti ſacra, poſt Cæſarauguſtanam.

75 C. Attilius Regulus floret in Hiſpania & in Gallecia, ad fluuium dictum Græcum, nunc *Vliam*, cum valida Pyratarum manu pugnat.

76 Memoria celebratur in Hiſpania Pauli, & Heladii Martyrum ſub Decio Imperatore 28. Iulii die, qui paſſi ſunt in Gallecia ad Flauiam Lambrim, nunc *Pambre*, multis tormentis excruciati.

77 Sancti Martyres Vincentius & Lætus nolētes ſacrificare Herculi Libiſoſæ, propè Populos Arenatum, vel aliis Hiſpanis Dijs, ſeu potiùs Dæmonibus, illuſtre martyrium ſubierunt.

[Martyrol. 1. Septemb. K.

78 Nati Toleti Adelphi, patre Turibio Toletano, & Luna matre Aquenſi, vel Eboracenſi, in Carpetania patiuntur Kalendis Septembris, ſub Caio Elpidio Iudice, in Valecula ſupradictæ Ciuitatis.

79 In



Anno Domini. Æra Cæſaris.

79 In tractu Toletano celebris habetur memoria Sanctæ Quiteriæ Virginis, & Martyris, prope Margelizam paſſæ, quam Sanctus Honoratus Epiſcopus Toletanus ſepeliuit in æde Sancti Petri Principis Apoſtolorum, quam Sanctus Marcus Marcellus Eugenius erexit. Rex autem VVamba Gothorum, Virginis inuictæ deuotiſſimus reparauit ſub Pontifice Toletanorum ſanctiſſimo viro, & doctiſſimo Quirico.

80 Floruerunt cum Quiteria ſub Adriano Toletanorum Regulo, Columba virgo, Martialis, & Simplicius Antiſtites. Floret memoria Sancti Fabiani Epiſcopi Bracharenſis ſucceſſoris Sereriani, qui ſucceſſit Policarpo. obijt 10. Kalend. Septembris anno 230. ſucceſſit illi Narciſſus.

81 S. Paternus Senonis patitur 12. Nouembris ſub Imperatore Decio.

[Martyrol. 12. Nouemb. C.

82 Tudæ, & alibi floret memoria S. Epitatij primi Tudenſis Epiſcopi & Martyris.

[Martyrol. 23. Maii. B.

83 Monte Calenſi propè Caſtra Leuca in Luſitania S. Vulgefortis, quæ & Cometienſis & Liberata dicitur, pro defēſione Fidei, & pudicitiæ in crucem agitur, & ceruice ſuccisâ glorioſiſſimum de truci Tyranno triumphum egit.

84 Memoria celebris eſt Quirici vnius de 72. Christi diſcipulis, & poſt Sācti Pauli Sectatoris

d

*Anno Domini.* *Æra Cæsaris.*

in Hiſpania, qui cũ eſſet diſcipulus CHRISTI, & Epiſcopus Beriti, ſub hæc tempora venit in Hiſpaniam, & cæptam à Beato Iacobo ibi prædicationem Euangelicam, & ab eius diſcipulis prouectam, mirificè propagauit, & multis eum miraculis comitantibus, per omnes carceres, Vrbes & Hiſpaniæ Prouincias prædicauit, & Apoſtolatus officio functus eſt; poſteà verò Sanctum Paulum in Hiſpania venientem comitatus, ibi remanſit, & Marciolæ Ciuitate Carpetaniæ in pace requieuit, ſub temporibus Domitiani Imperatoris plenus annis, & glorioſis meritis in Domino. Veruani fuit Epiſcopus, non procùl Legione, olim Beriti.

85 Sub hæc tempora Martyrium Valentiæ in Edetanis S. Anglinæ, & aliarum eius in Martyrio ſociarum, quæ pro confeſſione Fidei viriliter triumphauerunt; harum annua celebritas eſt Valentiæ 21. Octobris.

86 Betulone in Prouincia Tarraconenſi S. Anaſtaſius miles legionarius ſub Decio Præſide, & Marcello, Iudice, qui cum militaret Ilerdæ cuius Ciuis erat, audito Cæſaris edicto Decij, ſe Iudici (vt creditur) ſponte ſua obtulit, & pro CHRISTI nomine poſt varia tormẽta moriens ad cælos euolauit, adeóque fuit celebre, & illuſtre martyrium, vt 5. die Decembris Græci in ſuis menologijs huius fortiſſimi militis, & MARTYRIS meminerint.



*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

[ Martyrol. 5. Decembris. G. fortè, ſub Aquilino; vt in Martyrolog.

87 Eodem die, & loco 70. quoque milites, & ſocij Sancti Anaſtaſij, ſicut eius fuerunt ſocij, ſic in difficillima pugna, & in corona.

88 Betulone, in Laletania, allatum eſt corpus S. Sergij monachi pro Fide paſſi in Cæſarea Capadociæ, cuius dies 24. menſis Februarij celebris habetur; ſunt qui putent hunc Sergium filium fuiſſe S. Philippi Martyris, qui poſt adminiſtrationem egregiorum Magiſtratuum, factus monachus, martyrium, poſt patrẽ, ſororemque pertulit, & cum eiſdem Romæ ſepultus, cum eis æternam palmam poſſidet, benedicunt paſſum fratrem eſſe Eugeniæ. quidam vero auctores falluntur, paſſum Romæ dicentes, ſed reuerà paſſus eſt martyrium illuſtre Cæſareæ Cappadociæ.

[ Secundas fert illuſtriſſ. Cardin. Baronius in Martyrol. 24. Februarij. C.

89 Maximiſſæ, quæ nunc Medinacelin dicitur vel Molina, celebris habetur memoria Sancti Marci Eugenij Marcelli MARTYRIS, & Toletani Archiepiſcopi.

90 Per hoc tempus, ſicut Apoſtolicis diebus, Romæ in magno pretio erat Sudarium illud ſacratiſſimum, quod Clementi primo Romano Pontifici reliquit pientiſſima mulier Beronicè, quam alij corruptè vocant Veronicam, quæ ne-

*Anno Domini.* ptis ex ſorore Salome, magni Herodis nupſit viro *Æra Cæſaris.*
nobili Amatori. Vixit aliquandò in Vrbe Cæſarea Paleſtinæ, aliquandò verò Hieroſolymis; fuit autem illa mulier quam ex fluxu ſanguinis aliquando curauit CHRISTVS. Depicta eſt imago CHRISTI curantis mulierē in pariete, cuius lacinia, vbi tangit hederam, curat ex omniū morborum genere. quidam volunt paſſam martyrium Anthiochiæ cum aliis quinquaginta, vt tradit Beda.

[ De Beronice, plura Baronius. 1. tom. Annal.

91 In pretio habetur liber S. Meretonis de tranſitu Beatæ VIRGINIS.

92 Chriſtiani prius à IESV dicti Ieſei, ſub Iacobo Maiori in Hiſpania.

93 Floret memoria Sancti Venantij Epiſcopi Toletani in Dalmatia, paſſi primâ Aprilis.

[ Martyrol. 1. Aprilis. vbi in littera B. Baronius aſſeuerat, neminem ſcripſiſſe Cuius ciuitatis fuerit Epiſcopus Venantius: Noſter verò Iulianus eum Toletanum agnoſcit.

254. 94 Hoc anno reperta ſunt Corpora Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Maximini, & Marcellæ Virginis in Vrbe Aquenſi Galliæ, quæ Marcella Sanctæ Marthæ pediſſequa, anno 94. prædicauerat per decennium in Ciuitatibus illorum, cuius corpus ex Illyrico Aquas aduectum eſt. 292.

95 Paramone in Hiſpania, nunc vulgò, Paramo; Sancti Paromenis, qui nomen Oppido de-



*Anno Domini.* dit; & aliorum 375. martyrum ſub Decio, Præſi- *Æra Cæſaris.*
de Aquilino: qui dura tormenta paſſi ſunt 29. die Nouembris.

[ Martyrolog. 29. Nouemb. C.

96 In Hiſpaniæ Ciuitate Corduba hoc tempore celebris habetur memoria Sanctorum Martyrum Petri Preſbyteri, Euthichij, Hieremiæ Martyris, in perſecutione Traiani fortiſſimè paſſorum, & ibidem Sancti Salomonis in eadem perſecutione, octauo die Februarij.

97 XXIII. die Decembris Sancta Victoria Virgo, natione Romana, fugiens in Hiſpanias ne Eugenio, cui deſponſa fuerat, nuberet, venit ad Ciuitatem Turbulanam in Bateſtanis, quæ nunc vulgò Tauorra, & ibidem glorioſè paſſa eſt.

[ Martyrolog. 23. Decemb. A.

98 Sancti Paterni, domo Bilbilitani, Ciuis Toletani memoria floret, quem Sanctus Saturninus Toleti conuertit, & is continentiâ, parſimoniâ, cæteriſque Virtutibus homine Chriſtiano dignis mirificè præditus, à Sancto Saturnino factus Eleuſacium Epiſcopus, prædicās per Ciuitates Galliæ, & Germaniæ, ſub Adriano Imperatore pro Fidei confeſſione fortiter patitur.

[ Martyrol. 23. April. E.

Anno Domini — Æra Cæſaris

99 Sanctus Martinus primus Epiſcopus Eborenſis, & Apoſtolus diſcipulus Domini, Ciuiſque Romanus, eo tempore repletus miraculis effulget; ſunt qui putent hunc dictum Memium Mantium, qui ab anno CHRISTI, 36. cæpit prædicare ad annum 116. prædicat in Iudæa, & Cathalanis, antè Hiſpanis. reuerſus Romam, à Sancto Clemente mittitur cum Dionyſio prædicare Cathalanis, reliquiæ eius partim ſunt in Hiſpania, partim in Gallia.

[ Martyrol. 15. Maij. B.

100 Huic Sanctiſſimo Pontifici, & Martyri Memio Mantio, Rege VViſigothorũ VVamba, Iulianus Comes Scanciarum magnificentiſſimum templum ædificauit Eboræ, qui Comes, poſt mortem Vxoris creditur monachus factus, & factus eſt Abbas S. Iuliani: confirmat in vndecimo Concilio Toleti collecto.

[ Vide Concilium. 11. Tolet. in confirmatione.

101 Memoria celebris eſt in Hiſpania hoc tempore SS. Martyrum Euſebij, Palatini, & aliorum, Imperatorum ſæuitiâ in perſecutione Neronis pro CHRISTI Fide paſſorum 5. die *Maij* Octogeſſæ; quæ nunc dici conſueuit, Iſtoſa. 38. Martij.

[ Martyrol. 5. Martij. C.

102 Memoria celebris eſt in Hiſpania S. Euphraſii Pontificis, & Marttyris, diſcipuli S. Iacobi ad *Iditurgem* Vrbem propè Cartaginem Spartariam, quo loco corpus eius iacuiſſe dicitur, inde ad Gallias tranſlatum.



Anno Domini — Æra Cæſaris

vel Illiturgum.

[ Martyrol. 15. Maij.

103 S. Narciſſus, Bracharenſis Epiſcopus Apoſtolus Auguſtæ Rhætiorum reuerſus in Hiſpaniam cum Archidiacono ſuo Felice, & ſocio, martyrium Gerundæ hoc tempore ſub Aureliano Prætore, & Præſide, pro CHRISTO patitur.

[ Martyrol. 18. Martij. B.

104 Auci in Gallia moritur, clarus miraculis, S. Orentius, eiuſdem Vrbis Epiſcopus, Frater Adelphus S. Laurentij Martyris.

105 S. Dionyſius, Epiſcopus Auguſtanus, & Rufus veniunt ad Hiſpanias, & eas docent Euangelium, longè, latèque diutiùs prædicando.

106 Palmatus Epiſcopus Toletanus, in cauſa Seuerij, & Baſilii libellatorum, confugit ad S. Stephanum Romanum Pontificem; alii verò ad Sanctum Celeberrimum eo tempore Præſulem Cartaginenſem.

107 In cauſa Nouati habentur in Hiſpaniis crebra Concilia, ſcilicèt, Bracaræ; Emeritæ, Tarraconæ, Hiſpali, Toleti, & alibi.

108 Celebris eſt memoria Plinij 2. quibuſdam Nouocomi Martyris.

109 S. Paternus Martyr Senonenſis hoc tempore dicitur Romam tranſlatus.

*Anno Domini.* [Martyrol. 12. Nouemb. C. *Æra Cæſaris.*

110 Per eoſdem etiam annos graſſatur peſtis horribilis per Hiſpanias totas, quæ principium ſumpſit ab Egypto.

111 Habentur etiam frequenter Synodi, Tarracone, Hiſpali, Carthagine, Bracaræ, Toleti, Emeritæ, *an baptiſmus collatus ab Hæreticis cum intentione faciendi, quod Eccleſia prætendit, validus ſit?* concluſit, validum; nec ſic ab Hæreticis baptizatos, baptizandos.

112 Memoria clara habetur Bracharenſis Epiſcopi, ad quem, tamquàm ad valdè ſibi familiarem, & notum, S. Stephanus Romanus Pontifex ſcribit, vt ex Concilijs manifeſtum eſt; anno 258.

113 Paulò antè hoc, ſcilicèt, anno 270. ſcribit Dionyſius Papa Seuero Metropolitano Cordubenſi, quem creat per Hiſpanias Legatum; docetque: vt nullus Epiſcopus habeat plures Paroccias, ſed vnam, id eſt, vnum Epiſcopatum. Diuiſæ ſunt, eâ occaſione, omnes Hiſpaniæ Paroc-ciæ per ſuas antiquas Sedes, & terminos, quos omninò deleuerat, & atrocitas, & temporum obliuio; tunc redditæ ſunt, per viros ſapientes, & gnaros, cuiq Metropoli, Sedes antiquitùs deſignatæ ſui Templi; nempè Cordubenſi, Hiſpalenſi, Bracharenſi, Toletanæ, Emeritenſi, Tarraconenſi, re, cum Palmatio Toletanorum Præſule, Hiſpaniarum Primate, communicatâ; qua de re



*Anno Domini.* de re habitum eſt Concilium Nationale. *Æra Cæſaris.*

114 Melanthius Athenis venit Toletum, quem ſecum attulerat, cum Oſio, S. Sixtus; qui poſteà fuit Romanus Pontifex, ad Hiſpanias veniens, vt ſuum cognatum, virum ſanctitate conſpicuum, Scriptorem nobilem contra Hæreticos, cuius libri temporum iniquitate deperditi ſunt, videret. Per omnes gradus Toleti prouectus tunc erat Archidiaconus Gratus.

281. 115 Magnam habuit amicitiam Melanthius cum Grato Bracharenſi Pontifice, ad quem Gratum Sixtus Papa literas mittit: mittit & ad Palmatum Toletanum, cæteroſque Toletanos Antiſtites. 219.

283. 116 XIV. Decembris occiſi ſunt in perſecutione Numeriani Imperatoris in Vrbe Beaci, Conſulari Olibrio Bæticæ Prouinciæ, Iuſtus, Siſinius. Iſidorus Pontifex Hiſpalenſis Sanctiſſimus, & doctiſſimus, in horum laudem eleganter Hymnum edidit. 321.

286. 117 In Bæthica Ciuitate, quæ nùnc *Venta* dicitur, Martyrium Sancti Fauſti Diaconi Alexandrini; qui ibi exulans, & ab Epiſcopo Germano Becticenſi humanitèr tractatus, exilium amputatione capitis exornauit. 324.

[Martyrol. 19. Nouemb. G.

118 Celebris memoria Paterni Bracharenſis, ad quem Felix Papa ſcripſit; item idem Pontifex ſcripſit ad Benignum Epiſcopum Tarraconenſem.

Anno Domini. | Æra Cæſaris.

119 Et non multò pòſt Eutychianus, Pontifex Romanus, ſcripſit ad Ioannem Hiſpalenſem Epiſcopum, & ad cæteros Bæthicæ Epiſcopos.

288. 120 Melanthius ſuccedit in Sede Toletana 326.
Sancto Pontifici Palmato: qui Melanthius pro Fide CHRISTI cum alijs Confeſſoribus, grauitèr patitur.

121 Imperatoribus Diocletiano, & Maximiano, Ciuitate *Sadaciâ*, in Vaſconibus, S. Maximilianus Epiſcopus, & Martyr. qui creditur baptizaſſe milites Aluenabilenſes, Pompilium, Varum, & Lucium Varum, fratres, & egregios CHRISTI Martyres.

[Fortè arrident quæ in Martyrolog. 29. Octob. C.

122 In Ciuitate Hiſpaniæ Bæthicæ *Vtica*, S. VValdifredus, Epiſcopus eiuſdem Vrbis, egregius vitâ, doctrinâque, CHRISTI Confeſſor.

123 Memoria celebris erat per hoc tempus in Gallecia S. Felicis, Epiſcopi Bracharenſis, qui regebat Eccleſiam, anno. 245.

290. 124 Memoria celebris eſt in Luſitania S. Man- 328.
tij primi Eborenſis Epiſcopi, qui à Celerina admonitus ſepeliuit corpus S. Torpetis.

125 Natalis, filius Natalis Martyris, fit Toleti Archidiaconus Melanthij.

126 Prope Cherſoneſſum in Hiſpania, Oppido *Greßia*, S. Luarius Preſbyter.

127 Septimo Februarij, ſub Diocletiano, in Hiſpania, Ciuitate *Frigia*, quæ nùnc dicitur



Anno Domini. | Æra Cæſaris.

*Frias*, in Veteronibus, innumerabiles Martyres, ſub Duce Adauco Ciue; & ipſi Ciues horribiliter combuſti, in quibus Virgines, Matronæ, Nobiles, ac totus Senatus, & Clerus patitur.

[Martyrol. 7. Februarij. C. in Phrygia paſſum eſſe Adaucum teſtatur cum aliis pluribus. Noſter aliter. Auctorum teſtimonia examina, & iudica; ego verò, vt in ceteris, cogitandum tibi relinquo.

13. Aprilis. 128 Eodem anno. 13. Aprilis, *Egade*, quæ nunc *Berga* eſt, in Cathalonia, Sancti Martyres Maximus, & Quintilianus pro CHRISTO paſſi.

129 B. Salomon, eodem anno, frater Melanthij Toletani; vt quidam dicunt, præeſt Sedi Bracharenſi. Vterque patruus Mellæ, vel Melanthij Epiſcopi Sinocoluræ, in Ægypto. Ad Salomonem Bracharenſem ſcripſit S. Marcellinus Pontifex. Fuit Salomon, Vir Sanctus, & egregiè doctus, & peritus.

[Martyrol. 13. Aprilis. D.

130 XXIV. Aprilis, Ciuitate *Lariſſa*, quæ nunc *Dotana*, vel *Totana* dicitur, à tempore Gallorum, propè Carthaginem Spartariam, & Eliocrotam, memoria SS. Martyrum Euſebij, Neonis, Leontij, & Longini, & aliorum quadraginta, qui, in dicta Diocletiani, & Maximiani perſecutione, poſt diros cruciatus, fortitèr toleratos, gladio tandèm conſumati ſunt.

[Martyrol. 24. Aprilis; vbi Baronius litterâ D. legit, *quatuor*.

Anno Domini. — Æra Cæsaris.

131 Publius Aelius Marcellus, Aſtenſis Bethicus, qui priùs fuerat Auguſtalis, & Primipilus Legionis Septimæ, Piæ, Felicis, poſt verò prædicationem Decentii, Sanctiſſimi Pontificis Legionenſis, ad Fidem conuerſus, & Centurio; cum Vxore filiiſque duodecim CHRISTO credidit, & morabatur apud Cohortem Flauiam, in Gallecia. Legionalibus autèm Viris, die natali Auguſti, illi ſacra facientibus, ille noluit ſacrificare: ob id comprehenſus, & adductus ad Agricolaum, vice-Præfecti Prætorio Tingi fungentem, & confeſſus ſe baltheum abieciſſe, & CHRISTIANVM eſſe, tandem capite cæſus eſt.

132. XXIV. Aprilis, Carthagine Spartariâ, S. Felix Epiſcopus eiuſdem Ciuitatis, qui in perſecutione Diocletiani paſſus eſt.

300. 133 Impulſore Melanthio, Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum Primate, & Præſide Felice Accitano, ac cæteris, de more, in Sede Pontificia, habetur Synodus magna Illiberi, prope Accim, in qua, de remediis impendentis perſecutionis ab Imperatoribus motæ, conſulitur; indiéſque ſæuienti malo. Illic ſubſcribunt Epiſcopi totius Hiſpaniæ, & poſt eos Archipreſbyteri. Interfuerunt Metropolitani, Sinagius Bracharenſis, Oſius Cordubenſis, Sabinus Hiſpalenſis, Melanthius Toletanus, Marcinus. 338.

134 Scripſit Melanthius Toletanus Martyrium S. *Seuerij*, Barchinonenſis Epiſcopi, & Martyris illuſtriſſimi, carmine venuſto.



[Legendum *Seueri*, de quo Martyrolog. 6. Nouemb. & noſtri Iuliani auctoritate conqueſtio Illuſtriſſimi Cardinal. Baronij pauſam faciet.

135 Idem conſecrat ædem Toletanam in honorem S. SALVATORIS, & B. VIRGINIS.

136 Laminii, quod in Populis Hiſpaniæ Formienſibus, in honorem Regis Lamij conditum eſt, memoria celebris eſt Sanctorum Xantippes, & Sororis.

137 Nulla prorſùs hoc tempore S. Marcelli Eugenii, Toletani Pontificis memoria: qui in eo tempore, ſub Raimundo Archiepiſcopo Toletano, in Monaſterio S. Dionyſij, propè Pariſios inuentus eſt. Dùm hæc ſcriberem, tranſlatio facta eſt: iuſſuque Imperatoris, duos feci Hymnos in eius laudem: alter incipit: *Noua refulgent gaudia.* alter verò: *S. Eugenij digna memoria*; quem, ſicut certò ſcio fuiſſe Toletanum Pontificem; certò ſcio, ex Dypticis, & ſcriptis, non fuiſſe primum. Qui ſanctiſſimus Vir fuit, & Legatus Clementis Papæ, condiſcipulus S. Dionyſij, diſcipuli S. Petri. Integerrimus, & ſapientiſſimus Vir habetur in magno precio.

138 Foro *Flauicani*, quod Oppidum in Gallecia, nunc, *Pons-vedrus* dicitur. S. Lupi Martyris. qui ex ſeruo libertus CHRITI factus, multa tormenta, pro CHRISTI confeſſione, pertulit.

[Martyrol. 23. Auguſti. F.

*Anno Domini.* 139 In precio habetur Romæ memoria Calani coniugis, quæ dolens Sanctos Viros, & doctos, ſcilicèt, Ioannem Euangeliſtam, & aliquot CHRISTIANOS, ac Philoſophos, in exilium Roma mitti, Satyricon compoſuit; quod incipit: *Muſa quibus numeris Heroas, & arma frequentas.* *Æra Cæſaris.*

Di-
cebatur
*Sulpicia.*

140 In Luſitania, propè *Bracharam* Brigantiæ, quæ quòndam *Iulliobriga* dicta eſt, XXIII. Martij, Sancti Martyres Domitius, Pelagia, Aquila, Theodoſia, & Eparchius, in Diocletiani perſecutione, paſſi.

[Martyrol. 23. Martij. E.

141 In Carpetaniæ finibus, Ciuitate *Contrebia*, quæ corruptè *Tribali*, vel, *Tribaldos* dicitur, Sancti Martyres, & fratres Euadius, & Hermogenianus, & Calixtus. Alij, ad perſecutionem Iuliani, hoc referunt.

[Martyrol. 2. Septemb. E. vbi inuenitur ſic ſcriptum. *Paſſio Sanctorum Evodij, Hermogenis, & Calliſtæ.*

142 Tempore vehementiſſimæ perſecutionis Diocletiani, & Maximiani, Patres, & Illuſtres Confeſſores, qui Concilio Illiberitano interfuerunt, vigilant ſuper greges ſuos; & pòſt, ſæuiente perſecutionis inclementia, in carceres coniecti, inde miſſis Epiſtolis, plebes ſuas confortant, & ad Martyrii palmam currunt. quos omnes Deus, non ſine peculiari prouiden-



*Anno Domini.* tia, ſeruat incolumes. *Æra Cæſaris.*

143 Mortuo Melanthio, Viro Sanctiſſimo,

306. Confeſſoreque celeberrimo, & admirabili Doctore, ſuccedit in ſede Toletana, totius Hiſpaniæ Primate, Marinus, vel Camerinus Ricuſinus Epiſcopus, qui interfuit Concilio Illiberitano, iudicio S. Marcellini Pontificis; & Sinagio Bracharenſi Pontifici Leoncius, Conſtantinopolitanus Philoſophus: Benedictus Marciano Tarraconenſi, ad quos ſcribit S. Melciades, Papa Romanus, anno 314. 368.

144 Præceſſerunt, vel tria Concilia in his Prouinciis. Vnum, ex tribus Metropolitanis Emeritæ Auguſtæ, circà quæſtionem, quæ tunc in Hiſpania plurimùm agitabatur; vtrum eſſet maius ſacramentum *Baptiſmus*, an *Confirmatio*? qua de re conſulta eſt Sedes Apoſtolica.

315. 145 Iudæi, per Hiſpanias euagantes, & præcipuè Toleti, ac etiam extrà Hiſpanias, in Conſtantinum Magnum conſpirant; quibus captis, & deuictis, tàm inſolentis arrogantiæ in vindictam, aures amputantur. 353.

318. 146 Marinus, Archiepiſcopus Toletanus recipit *encliticas literas*, ab Alexandro Patriarcha Alexandrino; quæ publicè leguntur. 357.

319. 147 Conſtantinus Magnus, ex decreto Sylueſtri Papæ, Sedium Epiſcopalium terminos antiquos in Hiſpania, & alibi reſtituit, quod, præter Hiſpaniam, alibi docet S. Innocentius, Epiſtolâ ad Alexandrum Epiſcopum; non quòd tunc

*Anno Domini.* cæperint in Hiſpania Metropoles, quæ ſemper *Æra Cæſaris.*
fuerunt ab Apoſtolis.
323. 148 Conſtantino baptizato, & à lepra munda- 361.
to, Sylueſter in gratiarum actionem Synodum
Romæ contraxit; ibi gratias agit Deo, & Impe-
ratori, in quo interfuit Imperator, Auguſta ma-
ter Helena, S. Leontius Bracharenſis, Marinus
Toletanus, &, credi poteſt, alii Hiſpani Epiſ-
copi.
149 Fuit Flauius Domitius Leontius pater Fla-
uij Domitii Leontii, Conſularis. Floret Sylue-
ſter, ſub quo inuenta eſt Crux Domini, vt ipſe
ſcribit, anno. 326.
324. 150 Marinus Toletanus, dùm in Africam traij- 362.
cit, occiditur. A quibuſdam Martyr colitur; ſuc-
cedit illi, in Sede prima Toletana, Natalius.
150 Natalius, S. Melanthii Toletani Archie-
piſcopi Archidiaconus, olim Scriptor Eccle-
ſiaſticus egregius contra Hæreticos, interfuit
Concilio Niceno Generali; Oſius Cordubenſis,
Leontius Bracharenſis, Coſtus Cæſarauguſtanus,
Olimpius alterius Diœceſis Epiſcopus; pòſt verò
in exilium ad Hiſpaniam miſſus Epiſcopus To-
letanus.
326. 151 S. Leontius, Bracharenſis Pontifex, re- 364.
diens ex Concilio, moritur *Guimaranij* in Galle-
cia, quæ tunc dicebatur, *Apollonia*, 19. Martij.
152 Idem Epiſcopus Gratianus Carthaginis
Spartariæ, literis, & ſanctitate florens hoc anno
ædificat, conſecratque Libiſſoſſæ Templum in
honorem



*Anno Domini.* honorem SS. Martyrum Germanorum Adel- *Æra Cæſaris.*
phorum, ibidem paſſorum, & reuelatum eſt
Maximæ S. Virgini Libiſoſanæ, ibidem eſſe illo-
340. rum reliquias. Conſecratum verò fuit Tem- 378.
plum, Kalendis Septembris, ipſomet natalitio
SS. Martyrum deuotiſſimo. Interfuerunt verò
conſecrationi Marcellus Láminitanus de licen-
tia Natalis Toletani, Archiepiſcopi Hiſpania-
num Primatis; Lupus Valentinus, Egila Vale-
rienſis Epiſcopus; qui Natalius egregiè concio-
natus eſt de Martyribus Sanctis.
153 Floret hoc tempore Flauius Maximus, Au-
gontius; vel Audentius, Præfectus Prætorio;
Virpius, & egregiè doctus, poſteà verò Epiſ-
copus Toletanus.
348. 154 Oſius, Epiſcopus Cordubenſis, & multi 386.
Epiſcopi Hiſpaniæ, inter hos Natalius Toleta-
nus, Fidei cauſâ, dicitur exulaſſe: priùs tamen
cum eis Oſius elegans, & vehemens colloquium
de rebus Fidei, ac de perdenda, in cauſa, vita li-
benter, ſubiit. in quibus mirè claruit Epitatius,
Epiſcopus Bracharenſis.
155 Memoria S. Rufi, vel Rufini, CHRISTI,
Paulique diſcipuli, quòndam Thebarum Præſu-
lis, poſteà verò Dertoſani, *Dertoſæ* mirè floret.
156 *Bethulæ*, quæ nunc *Vbeda* dicitur, colitur
memoria S. Iacobi Zebedæi.
350. Cordubæ, quæ Ciuitas primaria eſt, Conci- 388.
lium habetur in defenſionem Athanaſij, cui ipſe
præfuit Oſius: cui interfuit Natalis Toletanus.

Anno Domini. — Æra Cæſaris.

157 Idatius Bracharenſis', Gratianus Carthaginis Spartariæ Epiſcopi, Deo-datus Hiſpalenſis, & alii multi omnium Prouinciarum Antiſtites. In hoc abſolutus eſt à calumniis Athanaſius.

158 Huius Concilij mentio eſt apud S. Damaſum Papam, in Epiſtola, quam ipſe S. Pontifex ſcripſit ad Epiſcopos Illyrij.

159 S. Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis in Africa, natus Ciuitate Toletana: patribus, auis, & proauis Toletanis, qui, cum Regibus VVandalorum, traiecerat. in Africa obiit, maior octogenario; Lumen Eccleſiæ.

354. 160 Natalius, cùm exularet Toleto Mediola- 392.
ni, factus eſt illius Vrbis Epiſcopus. ſucceſſit Eriſtagio: nec multò pòſt moritur. inter Sanctos relatus, 13. Maij.

161 S. Olympius, ¦Epiſcopus Thraciæ, quo tempore Natalius mittitur in exilium in Italiam, & ille mittitur in Hiſpaniam: vacanti Sedi Toletanæ præfuit. fuit Scriptor nobilis, & acerrimus Fidei defenſor. Cum eſſet Epiſcopus Thraciæ, interfuit Concilio Grangenſi: fuit natione Hiſpanus, ex Olyſipone Ciuitate Luſitaniæ. ſucceſſit Natalio, anno. 352. ad annum. 360.

162 Olympius colligit Toleti Concilium; *de recipiendis laicis, iam pænitentibus; & ijs etiam*, qui cum illis vnquàm communionem ſubierunt.

163 Leontio, in Sede Bracharenſi, ſuccedit Apollonius. huic & Idatius ad Lineam. De ea-



Anno Domini. — Cæſa- Æra ris.

demre Concilia habentur, Bracharæ, Hiſpali, 164 Emeritæ, Tarraconæ, cum numeroſo cætu Prouincialium.

165 S. Bibiana S. Flauiani Hiſpalenſis Hiſpani filia, cum patre Romam petit, ibique martyrium patitur patientèr, cum matre & Sororibus.

359. 166 S. Olympius, anno. 359. Concilio Arimi- 397.
nenſi, 400. Epiſcoporum; 320. Catholicorum; 80. Arrianorum, interfuit. ibi Idatius Bracharenſis. Catholici mittunt Epiſtolam, de ſua Fide, ad Conſtantium Cæſarem.

167 Olympio, ſanctiſſimè defuncto, ſucceſſit Gregorius, vir egregii ſpiritus, ad quem ſcribit Euſebius Confeſſor, Epiſcopus Vercelenſis. Hic Gregorius fortitèr reſtitit Oſio, iam, præſe-
363. nio, fatiſcenti; at, ſub hoc, facto Catholico te- 401.
ſtamento, ſanctè, pièque diſceſſit. Oſius Cordubæ, qui metu crudeliſſimorum Verborum, quæ pertulit, communicauit cum Arrianis: non quod ipſe, vel eorum in fidem aſſenſum dederit, nec in condemnationem S. Pontificis Athanaſij.

[ *Oſius Cordubæ*: Examina hunc locum, nam in Originali mancus eſt, *& extinctæ corpus non vtile dextræ*.

168 Marcellus Epiſcopus Tellæ, propè Valentiam, viuens, famâ raræ ſanctitatis, & opinione reconditæ doctrinæ florebat.

169 Gregorius Toletanus, Toleti Synodum Epiſcoporũ contrahit, in qua damnatur Auxen-

Anno Domini. tius, Epiſcopus Mediolanenſis. Arrianus, in Concilio Romæ habito, per S. Damaſum, & alios Epiſcopos Hiſpanos prædamnatus. Æra Cæſaris.

364. 170 Hoc anno Gregorius, Epiſcopus Toletanus, Himmerius Tarraconenſis, Idatius Bracharenſis, venientes Romam, confirmant Fidem Catholicæ Eccleſiæ, quam ſtatuit magna Synodus Nicena; eiuſque Fidei formulam aſſerunt ad Epiſcopos Orientales in Concilio Tianenſi congregatos, eoſque verbis mirificè reficiunt. 402.

171 Hoc anno alter Mantius, Hæreticus Gnoſticus, venit in Hiſpaniam. Hic Hæreticus decipit Helpidii Vxorem, & Agappen, & alias fœminas.

172 Hoc anno Audentius, S. Gregorii Archidiaconus Luciferianos, in Hiſpania tumultuantes, mirâ eloquentiâ deterret.

173 Hoc anno, vel circitèr, fuerunt Valentinianus, & filius eius Gratianus Auguſtus in Hiſpaniæ Vrbibus Tiarjuliæ, Sirmij, Compluti, Tabaricæ: vbi perhonorificè excepti, egregias variis de rebus Leges condiderunt.

336. Gregorius Toletanus literas recipit *enclyticas* 404.
S. Liberii [aliàs Sancti Felicis] Papæ Romani.

174 Hoc anno. x. Kal. Iulii Pontifex Toletanus Gregorius, ſanctè Toleti moritur.

175 Frequentes Synodi in Hiſpania contra Arrianos, ab Audentio, Pontifice Toletano, & egregio Scriptore, collectæ ſunt. ab Idacio, Epiſcopo Bracharenſi, & ab aliis Hiſpanis Pontificibus, alibi.



Anno Domini. 176 Succedit in Eccleſia Toletana Audentius, Archidiaconus eiuſdem Vrbis: Vir tàm pius, quàm doctus; egregius, contra fraudes Hæreticorum, Scriptor. Æra Cæſaris.

177 Flauius Clemens Maximus, Carpetanus ex Hiſpania, fit in Britannia Imperator, Galliarum, Illirici, Hiſpaniarum, & totius Africæ, cum Inſulis. Hiſpani non ſolùm ſeruant Fidem Concilii Niceni, & cum Damaſo Papa Romano conſentiunt: ſed gloriantur, ſe illæſam ſempèr, penes ſe, conſeruaſſe, vt teſtatur S. Damaſus, in Epiſtola ad Gallos, & Venetos Epiſcopos, qui tùnc, ad Concilium, conuenerant

178 Securæ, quæ & Tader dicitur, appropinquante fluminis peremnis, terminos interlabentis nomine, S. Briana Virgo Sanctiſſima.

179 Sanctus Baſilius ſcribit Epiſcopis Occidentalibus, & Audentio, & Firmino, Pompilonenſi.

375. 180 Iudæi, ante captiuitatem, venientes ad 413.
Hiſpaniam intra cc. annos, poſt CHRISTVM, conuerſi ſunt.

181 Audentius cum quibuſdam Epiſcopis inuiſit S. Baſilium, Cæſarauguſtanum Epiſcopum.

182 Celeberrima per hoc tempus, in agro Eborenſi, fuit memoria S. Torpeti, Magni Oeconomi domus Neronis, qui paſſus Piſis, & in Arnum Flauium coniectus eſt, in Cymba rimoſa, cum cane, angue, & fele. duce Angelo in Me- *Dexter anno 263 vbi Fr. Biuarius.*

*Anno Domini.* *Æra Cæsaris.*

diterraneum veniens, tandèm delatus in Occeanum, ad Portum Senenſem aduectus eſt. Lucia Celerina, fæmina Chriſtianiſſima, diuinitùs, in ſomniis, admonita, illum Diuinum Theſaurum excepit, & in littore, propter perſecutionem, repellit; & ſedatâ Neronis perſecutione, nobile illîc Templum excitat, quod à circumuicinis Populis, cum maxima religione, frequentatur. XVII. Maij. Hic S. Martyr, Caius Siluius Torpes, filius Caij Siluij, Patruelis Caij Siluij Othonis: qui poſteà fuit Imperator, filius Lucij Othonis Satellitis, qui & filius Syluius Otho, erat ſecretarii, conſciique ſcelerum Neronis.

[ Martyrol. 17. Maij. A.

183 In Cantabris, Vrbe Sero, in tractu Sedum, quod nùnc *Sedanum*, vulgò vocatur, celebris eſt memoria S. Helenæ Viduæ, & S. Centellæ, Toletanæ, & Martyris, filiæ Lucij Rangonii Quintiani, Viri Conſularis; quæ anno circitèr. CCC. fugiens Patris ſeueriſſimi rabiem, Toleto ad Cantabros ſe contulit: & cum Helena Vidua, eâdem Diocletiani perſecutione, paſſa eſt.

[ Martyrol. 13. Auguſti. vbi *Centolla* legitur.

184 Elpidius, Præfectus Prætorio Galliârum, Frater Elpidii, conſanguinei Imperatoris, conſenſit cum impiiſſimo Hæreſiarcha Priſciliano.

185 Elpidio, conſanguineo Imperatoris Theodoſii, Hiſpano Complutenſi, noluit nubere



*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

Olympias, Vidua clariſſima Caracenſis, Conſtantinopoli; quæ Sancti Chryſoſtomi deuotiſſima fuit: poſteà verò Diaconiſſa, ad quam plures Epiſtolæ extant S. Chryſoſtomi.

186 Sub hæc tempora ſæuiunt Arriani, & incipit nefaria peſtis Priſcilianiſtarum, quæ nomen accepit à Nouatore, & Reſtauratore Priſciliano Galleco, Epiſcopo Abullenſi. Dubium, an in Luſitania, an in Vaſæcis, an in Bæthica hæc tùnc Abulla fuerit. Multi credunt in Bæthica, vbi S. Secundus, primus illius Vrbis Epiſcopus, dicitur prædicaſſe. Hunc Priſcilianum crebrò exhortatur, & deterret per literas Audentius, Epiſcopus Toletanus, Vir verè præditus ingenio, egregiè Catholicus, & doctus.

383. 187 Auctore, & promotore Audentio, To- 421.
letano Præſule, Cæſarauguſtæ indicitur Concilium; loco ſatis commodo, pro Gallis, & Hiſpanis Epiſcopis, qui confluxerant ad illud. Ex Hiſpanis interfuit Audentius.

188 Coacta eſt Synodus Nationalis Toleti, contra Priſcilianum, Præfuit Audentius: interfuit Himerius Tarraconenſis ex literis Syriſcij Papæ. S. Ambroſius ſcribit ad Patres, in hoc Concilio, congregatos. Paterno, Viro

189 Primario ex Gallecia, ſcripſit S. Ambroſius, antequàm eſſet Epiſcopus Bracharenſis. Similiter crebrò ad eum literas mittit Symachus, Vir Conſularis, ad ſecularem, & Epiſcopum.

190 Audentius, Toletanus Epiſcopus, miſſis

*Anno Domini.* ad Gregorium Bæthicum literis, qui videbatur fauere Luciferianis, eum ab hac mente reuocat. *Æra Cæſaris.*

191 Ordinatur à Sympoſio Epiſcopo Aurienſi, & Dictinio, Auſturicenſi, Paternus Epiſcopus, Metropolitanus; Vir doctus, & prudens.

192 Damnatur in Concilio, Toleti collecto, Paternus Bracharenſis Epiſcopus Metropolitanus, quòd, à Sympoſio & Dictinio, fuiſſet ordinatus.

434. 193 Venerabilis memoria S. Pontificis Audentij Toletani, qui anno CCCXCVI. plenus dierum, & bonorum operum, Toleti moritur; ſepelirique fecit, cum dignitate, reliquias S. Hermolai, ſexti Epiſcopi Toletani, Martyris: qui veniens ad Gallias conuertit, & exules in Armenia ſequitur. ſepeliturque ibidem in Eccleſia S. MARIÆ Maioris ipſo die Aſcenſionis: quæ celebritas Titularis eſt eius Eccleſiæ.

194 S. Pontifici Audentio Toletano ſuccedit Auſturius, cognomento Serranus, Imperatoris Petronij familiaris, qui reperit corpora Sanctorũ Martyrum Iuſti, & Paſtoris Complutenſium. poſteà verò fuit Epiſcopus Complutenſis; qui intermiſſum illum Epiſcopatum reuocauit: ſcripſitque vitam, & martyrium horum Sanctiſſimorum Martyrum.

195 Diptyca Toletanorum Pontificum, tempore Gothorum, nimis damnata fuit, quam vidit diminutam S. Ildefonſus, Pontifex Toletanus. in qua non legitur Olympius, nec Eugenius

Martyr,



*Anno Domini.* Martyr, nec Hector, nec Melantius, nec Honoratus, Gregorius, Saturninus, Elpidius, & alij, qui, à Pelagio ad Auſturium, nouem numerat; vel præcipuos, opinione magnæ Sanctitatis, aut egregiæ ſplendore doctrinæ. *Æra Cæſaris.*

196 Profuturus, Preſbyter Africæ, venit in Hiſpaniam, & ob egregias virtutes, & mentis Sanctitatem, ſuccedit Paterno, in ſede Bracharenſi.

197 Multa Concilia Toletana celebrantur in cauſa Priſciliani.

198 Paternus habet Concilium Aquis-celenis, in Prouincia Galleciæ.

399. 199 Celebris memoria Arinthei, Viri Conſularis, Leuici, S. Audentii, mariti Leucadiæ, fœminæ ſanctiſſimæ; cuius hortatu, in fine vitæ, aquis Arintheus tingitur. Extat ad eam fœminam, iám viduam elegans Epiſtola S. Baſilii, Cappadociæ Epiſcopi. 432.

200 Pantadius, Epiſcopus Carpetanus, interfuit Concilio Africano.

201 Flauius Auſturius Annullinus Serranus floret opinione Sanctitatis. Hic, inuentis corporibus Sanctorum Martyrum Puerorum Complutenſium, compoſuit Hymnos, & Miſſam in eorumdem gloriam. *ſup. n. 194. & inf. 204.*

400. 202 Venerunt ad Concilium Toletanum ex Africa Legati, Lampadius, Iucundus, & Lucius, qui interfuerunt Concilio Mileuitano. 438.

203 Ex Italia Exuperantius, Epiſcopus Ra-

*Anno Domini.* uennatum, Vir ſanctus, cuius dies anniuerſarius agitur xxx. die Iunii. Huic Concilio Toletano præfuit Paternus, Epiſcopus Bracharenſis. *Anno Domini.*

414. 204 Iſichus, Archidiaconus Toletanus, regit Eccleſiam Toletanam, inuentis corporibus Sanctorum Martyrum Iuſti, & Paſtoris. nam Auſturius, poſt reintegrationem Epiſcopi iam intermiſſi, Complutenſis primus, nunquàm deſeruit corpora, à ſe diuinitùs inuenta. 452.

205 Sanctus Paulinus, inuiſens ſepulchra SS. Martyrum, prope eius ſepulchrum, quod erat intra Vrbem Complutenſem, vbi non multò priùs reliquiæ inuentæ, & tranſlatæ ſunt, Auſturii diligentiâ & feruentiſſimo ſtudio, pueros ſepelit.

206 S. Auſturius Serranus, Epiſcopus Complutenſis, Compluti moritur: in ædicula SS. Martyrum ſepelitur, primo Nouembris.

207 Auſturio Serrano defuncto, in Sede Toletana Iſichius ſuccedit, qui priùs fuerat Archidiaconus eiuſdem Eccleſiæ.

208 Floret Romæ memoria S. Venuſti, Hiſpaniæ Vicarii, pòſt, vt creditur, Martyris, qui à Iuliano Apoſtata creatus Vicarius, Chriſtianus cognitus, occiſus eſt xxii. Maij.

209 Iudæi, vocati per Hiſpanias *Cælicolæ*, paſſim damnantur.

[Iudæos à Romanis appellatos *Cælicolas* inuenies paſſim apud Auctores. Sophonias reprehendit quoſdam, ex Iudæis, qui militiam Cœli colerent; ad quos Iuuenalis videtur alluſiſſe. *Nihil præter nubes, & Cæli numen adorant.* Petronius in Catalectuis, loquens de Iudæi? *Et Cæli ſummas aduocat auriculas.* Hæc & plura Dionyſius Gothofredus ad. L. *Cælicolarum.* 12. C. de Iudæis, & Cœlicolis. vbi Imp. *Cælicolarum nomen, inauditum quodammodo, notum crimen ſuperſtitionis vindicauit.* Qui namque ſuperſtitioni plus addicti quàm Iudæi? Vide ibidem Cujacium.



*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

210 Imperatoris Valentiniani iuſſu, Clerici iuſſi ſunt Epiſcopis reſtitui, qui priùs ad Sæcularia trahebantur Tribunalia. cuius hæc verba: *Fas non eſt, vt Diuini muneris miniſtri ſecularium Poteſtatis ſubdantur arbitrio. Data Aquileiæ.*

428. 211 Omnes totius orbis Iudæi ex Occidentalibus Synagogis, ſoluebant, Tributi nomine, certum quid Synagogis, Toletanæ, & Hiſpalenſi. 466.

212 Omnes VVandali ex Hiſpania, Rege, ac Duce Genſerico, migrant in Africam; multique ex nobilibus, ac Catholicis Hiſpanis viris primariis traiicientes mare *ſeluntur*, ac illuſtres CHRISTI Martyres fiunt.

[*Seluntur*. fortè *caduntur*.

213 S. Auguſtinus ad Epiſcopum Toletanum Iſichium ſcribit; ille reſpondet.

214 Paterno Bracharenſi Pancratius; *huic* Balconius Epiſcopus, ſucceſſit; Vir pius, & grauis.

215 Imperator Theodoſius, literis miſſis ad omnes Orientales, & occidẽtales Epiſcopos, Celeſtini Papæ nomine, indicit Epheſi Concilium. credibile quidèm, multos ex Hiſpania, ibidem conueniſſe.

436. 216 Maiorianus ſuccedit, in Sede Toletana, 474.

*Anno Domini.* Iſichio Epiſcopo Toletano. *Æra Cæſaris.*

217 Primitiæ Perſecutionis VVandalicæ, in Africa, fuerunt quatuor Viri fortiſſimi milites in Hiſpania, ſcilicèt, Arcadius, Probus, Paſchaſius, & *Eutichius*. Arcadius fuit Toletanus. eorum martyrium celebrat Maiorianus. 35. *Eutychianus.*

[ Martyrol. 13. Nouemb. D.

218 Idololatriam, per Hiſpanias, repullulaſcentem S. Maiorianus Toletanus, & Balconius Bracharenſis, conantur euellere.

447. 219 Synodus habetur, prope Bracharam Auguſtam in Gallecia. & Canones aliarum Synodorum mittuntur ad Balconium, Bracharenſem. 495.

220 Cogitur, ſub Maioriano, Synodus Toleti; ibique contra Priſcillianiſtas additur de SPIRITV SANCTO; QVI A PATRE, FILIOQVE PROCEDIT. Fuit hæc Synodus celebris, &, multorum Epiſcoporum numero, coacta.

449. 221 Reuianus fit, in Gallecia, Sueuorum Rex, vt patet etiam Chriſtianus. 499.

222 S. Pontifex Maiorianus Toletanus, moritur. xx. die Iulij. Toleti iacet, ad Sanctam MARIAM, poſteà dictam *de Alficem*.

223 Caſtinus, S. Maioriani Archidiaconus; omnium ſuffragiis Toletanorum, Maioriano ſucceſſit. Vir fuit eximiè doctus, & valdè pius.

452. 224 Aurentius Hiſpanus, ex ſorore Aurentii Toletani filius, Epiſcopus in Galliis, interfuit 490.



*Anno Domini.* Concilio Arauſicano in Gallia. *Æra Cæſaris.*

225 Maiorianus, qui neceſſitatis cauſâ, Legatus Hiſpanorum iuerat ad Leonem Papam, rectè, fideliterque, rebus cum eodem compoſitis, reuerſus, iuſſus eſt à S. Leone remanere Epiſcopus in Placentia Italiæ; interfuitque Concilio Mediolanenſi, & eidem ſubſcripſit, Præſide Euſebio Mediolanenſi. Ibi obiit, & pòſt, oſſa eius allata ſunt Toletum, vt ipſe iuſſerat, & ſepultus eſt in æde S. MARIÆ, *Alficenſis*.

226 Synodus Gallicana, ex præcepto S. Leonis. Legati mittuntur Eugenius, & Conſtantius, Epiſcopi, cum literis ad Caſtinum, Toletanum Metropolitanum; quibus ſignificatur abſolutum eſſe Concilium Chalcedonenſe Generale; ipſumque Concilium, adferunt; petitque à Toletano Primate, vt illud accipiat, & publicari ſinat.

227 S. Ignatius Preſbyter, vt creditur, paſſus, ſub Iuliano.

228 Floret memoria in Hiſpaniis S. Iſidori, Epiſcopi Cæſarauguſtani, ab Hæreticis Arrianis occiſi.

229 Reliquiæ S. Chriſtophori Martyris, à Lycia Toletum allatæ, à S. Caſtino, Toletano Pontifice, in Templo, eidem dicato, collocatæ ſunt. qui Hymnum, qui inſertus eſt Breuiario Muzarabum, in laudem S. Martyris Chriſtophori, compoſuit.

[ Martyrol. 25. Iulij. B.

Anno Domini. | Æra Cæſaris.

230 S. Turibius, Aſturicenſis Epiſcopus, hoc anno moritur.

454. 230 Frequentes, in Hiſpania, Synodi circa Concilij Calchedonenſis approbationem; Toleti, ſub Caſtino: Bracharæ, ſub Balconio: Hiſpali, ſub Gentino: Emeritæ, ſub Sempronio. Formula confirmandi huius Concilii, huiuſmodi fuit. 492.

" *Ego Caſtinus, Eccleſiæ Toletanæ Primariæ Pontifex, ad omnia ſupradicti, Sancti, & vniuerſalis Concilij Calchedonenſis acta, & Canones aſſenſum præbui; & cum Fratribus meis Coëpiſcopis, anathema dicens ijs, qui de ſacratiſsima Domini Noſtri* IESV CHRISTI, *veri* DEI, *& veri* HOMINIS *Incarnatione, impiè hactenùs, vel deinceps ſenſerint.* Quæ Synodi miſſæ ſunt ad S. Leonem Papam.

231 Interfuerunt Concilio Calchedonenſi: pro Toletano, Othicus Preſbyter: agens vices etiàm Ioannis Epiſcopi Arcobricenſis: pro Hiſpalenſi, Marcellinus Epiſcopus Lariſſæ: pro Tarraconenſi, Ciriatus Ægarenſis: pro Bracharenſi, Lucenſius Epiſcopus Lucenſis; Legatus etiàm S. Leonis Papæ ex Leone, epiſt. 44. Cæteri non potuerunt ad hoc Concilium ire; tùm longitudine viæ, tùm bellorum cauſâ.

232 Magna fuit ſempèr, in Epiſcopis Hiſpanis, ad S. ſedem Romanam Apoſtolicam obedientiæ virtus, & obſeruantia.

233 Ex Epiſtolis Leonis ad Toletanum, & ad cæteros Epiſcopos Hiſpanos celebratum eſt Paſcha DOMINI. XXIV. die Aprilis.



Anno Domini. | Æra Cæſaris.

234 Hinc auſpicatur ſuam Hiſtoriam Iulianus Lucas Theſaronicenſis: & in Sancta Eccleſia Toletana celeberrimus Archidiaconus. qui vixit ſeculo *Sanctiſsimi* Regis, & Reparatoris Hiſpaniæ, Pelagij.

235 Caſtinus, Epiſcopus Toletanus hoc anno ſignificat, initio anni 455. quo die ſcilicet, XXIV. Aprilis, celebrandum eſſe Paſcha, ſuis Prouincialibus.

456. 236 Hoc anno, Caſtino vitâ functo, ſuccedit, eius Archidiaconus, Flauius Paternus Iulianus Campetius, Vir Conſularis, in Sede Toletana Primate. 494.

237 Dertoſæ, in Hiſpania, perimitur Maiorianus Auguſtus, frater Sanctiſſimi Pontificis Maioriani Toletani, prædeceſſoris Caſtini. Paterno ſuccedit, in Sede Primate Toletana, Iulianus Sancticio.

238 Iulianus Sancticio interfuit ſecundo Concilio Arauſicano.

239 Ad Iulianum Sancticionem, Toletanum Epiſcopum, ſcribit Sidonius Apollinaris.

[ De Iuliano Sancticione vide Sidonium Apollinarem.

240 Non multò pòſt, idem Iulianus Sancticio interfuit Carpentoracti.

241 Idatius, ex Lamacenſi, Epiſcopus Bracharenſis, ſucceſſerat anno 456. Valerio. fuit Idatius, Scriptor nobilis, qui & ingenio floruit.

*Anno Domini.* — *Æra Cæſaris.*

242 Fuit Iulianus Sancticio Falconus, probus Vir Conſularis, Archidiaconus Iuliani Campetij, qui laude morum, & ingenii, laudatur.

465. 243 Cum ex Italia, Galliaquè. XLVIII. Epiſcopi conueniſſent, ad celebrandum diem Natalem Hilarij Papæ, delatæ ſunt literæ, ex Hiſpania miſſæ à Concilio Tarraconenſi, vbi deprecantur Hiſpani Pontifices, vt Hilarius, Dertoſanus Epiſcopus, prælectus à Barchinonenſi Epiſcopo confirmaretur; Res in Concilio Romano controuerſa eſt: & petitio Hiſpanorum denegata. 495.

244 In Libiza transfertur copus S. Iſidori X. Epiſcopi Cæſarauguſtani, qui veniens Amphilochiam Galleciæ Vrbem, ab Arrianis occiditur. Miſſum eſt corpus, nocte, in Minium; & ibi ſepultum eſt. Pòſt, anno octauo repertum eſt. Is fuerat Vir Conſularis, natus Hiſpali, in Hiſpania, Conſul cum Lanato; pòſt vocatus, Numanus.

245 Iubet Hilarius Papa, vt Hilarius ad ſuam Sedem redeat: mittitque Papa Traianum, Subdiaconum Romanum, vt videat, quonam in loco, res, per Eccleſias Hiſpanas, ſint, & conſtituantur. & tunc benè ſe habebant.

472. 246 Iuliano Sancticioni, Toletano Metropolitæ, ſuccedit in ea Sede Palmatius Paulinus, Pamachij Romani, Viri clariſſimi, frater, Archiepiſcopus Toletanus. 510.

247 Per hac tempora Turibius, S. Leonis prius Notarius, patriâ Brigantium, in Gallecia, factus

monachus,



*Anno Domini.* — *Æra Cæſaris.*

monachus, poſt longas peregrinationes, ſecum multas adduxit reliquias ad Galleciam. reuerſus ſcribit ad Idatium, & Sponium; Idatium, inquàm, Epiſcopum Bracharenſem: vt illi conſulant miſerrimo Galleciæ ſtatui, repullulaſcente tunc Priſcilianiſtarum Hæreſi. qui quidèm Pontifices præſederunt in Concilio Toletano: & Legati Leonis.

248 Mirabilis eſt, per id tempus, memoria S. Pontificis Audentij, Toletani, ante. LXXX. annos circitèr, ad Cœlos relati, in Prouincia Carpetana; qui commentarios elegantes edidit in Epiſtolam S. Iacobi Canonicam, quam dicit eſſe Iacobi Zebedæi filij, quod ex Commentarijs Serrani, Olympii, Melantii, & aliorum, eiuſdem eſſe tradidit; quamquàm Euſebius, homo Græcus, & ab Hiſpaniis longè remotus, alitèr videtur ſentire. Epiſtola hæc miſſa eſt ad Tribus, per Hiſpanias totas, longè diſperſas.

[De hac Epiſtola doctè, & eruditè inſignis Vir D. Don. Thomas Tamagò de Vargas ad Flauium Dextrum.

249 Synodus, ſub Audentio, Aquilenſis fuit; pro quo interfuit Euarius Preſbyter: pro Vidatio Luſitano, Artenius Archidiaconus. cui etiam multi Pontifices Hiſpaniæ, vel per ſe, vel per Nuncios, interfuerunt.

250 Paſtor, Epiſcopus Valentinus, Scriptor nobilis, Aurelianis exul moritur.

251 Albinus, vel Albanus Præſes, *aliàs*, Vi-

h

*Anno Domini.* carius Hiſpaniarum, creditur ſub Iuliano paſſus. *Æra Cæſaris.*

252 Floret memoria, apud nos, S. *S*ynthicæ, Abbatiſſæ Monialium Carmelitarum, miracu-
310. lis, dictis, factiſque claræ.

253 Fuit vterque Audentius conſanguineus Auiti Imperatoris. Patruus autem Senior, Toletanus Epiſcopus: Auitus autèm, Socer Silij Apollinaris, mariti Pupilianillæ, Imperatoris filiæ.

475. 254 Per hæc tempora miſeranda conditio Ca- 513.
tholicæ Eccleſiæ, dùm Italiam poſſidet Rex Euricus Arrianus: Galliam, & Hiſpaniam Euricus Gothorum Rex, magnâ Catholicorum lanienâ: & Orientem tenet Zeno Euthychianus, Hæreticus Imperator. Caſuram Eccleſiam timeres, niſi firmiſſimo Diuinæ promiſſionis niteretur fundamento.

487. 255 Incipit ſæuire Priſcilianus Gallecus nobi- 522.
lis, natus, Probo, & Ardaburio Conſulibus. Amphilochii, Vrbe Gallecorum, hæreſim docet.

256 Orontius, Epiſcopus Tarraconenſis, Vir illuſtris, quem laudat Sidonius Apollinaris. Alij vocant Orientium; & fuit Epiſcopus Illiberitanus in Bæthica. Ciuis Tarraconenſis fuit, paulò poſt hæc tempora, *S*criptor nobilis.

[De S. Orentio Vide quæ ſcripſit Doctiſſ. Vir heuquondam meus! Mart. Antonius Delrius è Societate Iesv Preſbyter; & quæ ego addidi in Epiſtola ad Lectorem in *Commonitorio*, quod Salmanticæ, iàm diù, euulgaui.



*Anno Domini.* 257 Palmato, Epiſcopo Toletano, ſuccedit, *Æra Cæſaris.*
in eâdem Sede, Græcus Petrus Gregorius con-
494. cionator. Petro Toletano ſuccedit in eadem Se- 532.
de Hector, cognomento Ferrandus, Afer, qui fuit in Sede Carthaginenſi Archidiaconus; Scriptor nobilis, & Epiſcopus Carthaginis Spartariæ.

258 Florebat, per hæc tempora, Caſtinus Epiſcopus Bracharenſis, qui ſucceſſit Idacio anno cccc xciv. Fuit vir apprimè Catholicus.

259 Theodericus Amalus, Rex Hiſpanus, interfuit Concilio Toletano: & anteà Concilio Tarraconenſi. cui interfuit etiàm Hector Toletanus, cognomine Ferrandus. Hectori Toletano ſuccedit Celſus, Vir natione Germanus. vir Sanctus, cuius agitur in Germania dies xxx. Maij. Vir fuit doctus. Hector, vel Ferrandus, rediit in Africam. Ad annos dxl. viuit; ſupplet opera S. Fulgentii, Ruſpenſis Epiſcopi, Magiſtri ſui. qui Iberiæ, vel Ibris migrat ex hac vita anno Domini. dxlv.

260 Iacent ad portum *Sines*, Sanctiſſimi Viri Artemius, qui compoſuit Vitam Sancti Torpeti, & omnibus eius actis interfuit: & Audax, qui excepit corpus ſanctum: viſitantes, non multò pòſt, in pace, quieuerunt.

261 Cum Orientis Epiſcopi curari recuſarent, Ormiſda Pontifex poſuit Vicarios, Ioannem, Epiſcopum Tarraconenſem, Prouinciæ ſuæ Vicarium; Saluſtium, Bæticæ, & Partis

*Anno Domini.* *Æra Cæsaris.*

Luſitaniæ; Celſum, Carthaginenſis Prouinciæ; Caſtinum, Bracharenſis. Iubetque idem Pontifex, vt qui in aliqua Regione reperirentur, irentque omnes cum confeſſione Fidei Catholicæ, deteſtationeque illorum Errorum, qui tunc graſſabantur, & omnes Catholici qui pergerent ad Regiones infectas Hæreſi, pro viatico Fdei ſuæ, ſecum ferrent teſtimonia Fidei ſuæ, eaque tabulis publicæ fidei conſignata.

262 Ioannes Hiſpalenſis, Aſcanius Tarraconenſis, Caſtinus Bracharenſis, Celſus Toletanus, literis, & Sanctitate præſtantes Epiſcopi, frequentes Synodos habent in ſuis Sedibus, literis Ormisdæ Papæ.

263 Hoc anno, die glorioſæ DOMINI Reſurrectionis, Conciliata eſt Eccleſia Orientalis, cum Occidentali: de quo extant literæ Ormisdæ.

264 S. Florentina naſcitur Carthagine, anno D. XLV. Tingitur Bigaſtri.

265 Celſo, Viro ſanctiſſimo, ad Germaniam profecto, & ibidem ſanctè mortuo, ſuccedit Montanus, Archidiaconus Toletanus, doctus, & Sanctus.

266 Florebat tunc Valerius, Epiſcopus Bracharenſis, qui Caſtino ſucceſſerat, ab anno. DL. in Sancta Sede Bracharenſi.

545. 267 Mittit S. Patriarcha Benedictus duodecim 583.
Monachos, cum Abbate ſuo, Toletum, quæ tunc Sedes Regia Gothorum erat.



*Anno Domini.* *Æra Cæsaris.*

268 Omnes Epiſcopi Africam mittuntur in exilium, præter Hectorem.

269 Profuturus, Archiepiſcopus Tarraconenſis, ſuccedit Valerio.

270 Hoc anno, 2. Septembris moritur, in Italia, Theodoricus Amalorum Rex Oſtrogothorum, & VViſogothorum, cùm in principio anni fuiſſet in Hiſpania; & à Dæmonibus ad inferos præcipitatur.

271 Eodem anno, Profuturo Bracharenſi ſuccedit Auſuertus, Vir egregiè peritus, & Sanctus, in Sede Metropolitana Bracharenſi.

272 S. Montanus, ſub Amalarico, habet Concilium Toleti.

273 Iuſtinianus Epiſcopus Sanctus, qui interfuit Concilio Valenti in Hiſpania, ſcripſit ad Ruſticum Antiſtitem.

274 Florent hic Elpidius, Frater Nebridii, Epiſcopus Lugdunenſis: & S. Pontifex Nebridius Egarenſis, in Hiſpania.

275 S. Pontifici Auſuerto ſuccedit, in Sede, Toletanus Iulianus. Regnabat tunc Theudis, qui ſucceſſerat, in Solio Gothorum Amalarico.

276 Iulianus ſucceſſerat, in Sede Toletana, Montano neceſſitatis cauſâ: maximè ſæuientibus Priſcilianiſtis. tranſlatus eſt Bracharam.

277 Succeſſit poſtmodùm Iuliano, in Sede Bracharenſi, Eleutherius.

278 Turibius Monachus, cui anno DOMINI. D. XXXVI. dederat habitum S. Benedictus, &

*Anno Domini.* veniens ad Hiſpaniam fundat Monaſteria; pòſt *Æra Cæſaris.*
factus Epiſcopus Palentinus. Hoc anno maledi-
588. cit Palentinis, infectis Hæreſi Priſcilianiſtarum, 616.
& fluuius Neuis, dictus *Cadrion* vulgò, exube-
rans, Ciuitatem ipſam inundauit.

*De hac maledictione, & eius cauſa, deque Fluuij inundatione, vide Itinerarium meum in Galliam, in die, qua in Palentinam Vrbem conueni.*

279 Huius Epiſcopi tempore cum S. Martinus Græcus natione qui fuit primus Epiſcopus Duinienſis prope Bracharam conuertit Sueuos.

280 Anno quinto Regis Theodomiri Sueuorum habita eſt Synodus ex prouincia Bracharenſi in luco Auſturum pro diuerſione ſedium, & vt hæc Lucenſis Sedes amplius eſſet Metropolitana.

281 Eleutherius Epiſcopus Bracharenſis celebris habetur, ad quem antea ſcripſit Vigilius Papa, quem ſcilicet Eleutherium, credibile eſt prius habuiſſe Concilium.

282 Florebat Bacauda Pontifex Toletanus ſucceſſor Iuliani. Eleutherius vir ſanctus hoc anno moritur. ſuccedit illi Lucretius in Sede Bracharenſi, qui ſacrat S. Martinum ad ſedem Dumienſem.

283 Lucretius amore gratæ valetudinis deſerit ſedem Bracharenſem, & recipit ſe ad Emenum Libanienſem cum ſociis, ſcilicet Archidiacono Bracharenſi, & Turribio Tolentino Epiſcopo.

274 A tempore hoc monaſterium S. Leocadiæ monachorum in ſuburbio Ciuitatis ad partem meridionalem.

258 Plinius iunior, qui & Secundus, à S. Ti-



*Anno Domini.* to Baptizatus cum filio creditur martyr Nouocomi. *Æra Cæſaris.*

286 Memoria ſancta celebriſque Attilij Glabrionis Viri Conſularis anno 94. primo Nouembris. fuit natus in Hiſpania, Vrbe Menteſa, in Oretanis.

287 Celebratur adhuc memoria S. Daciani, vel Deciani, Viri Philoſophi Stoici, Emeritenſis. quem adeo celebrat Martialis, paſſi ſub Adriano Romæ cum aliis 4. die menſis Iunij.

[Martyrol. 4. Iunij A. Dacianum nominat.

288 Duo Romæ Pudentes, quorum ad Romanos Paulus meminit: alter S. Vir, è genere Senatorio, diſcipulus Petri, qui duxit Claudiam: alter vero Primipilus, vir impius. Vtriuſque meminit in ſuis carminibus Valerius Martialis.

[*Quorum* ad Romanos *Paulus meminit*] Lege: *ad Timotheum.* In Epiſtola. 2. n. 21. ſic inquit Apoſtolus: *Salutant te Eubulus, & Paulus, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.* Pudentis, & Claudiæ extat inſigne monimentum apud Martialem lib. 4. Epig. 53. De altero verò Pudente, qui Primipilus fuit, & Eneſpum ardebat, ſcripſit lib. 1. epig. 32. & lib. 5. epig. 50. & lib. 6. epig. 58. Ab hoc diſcrimine mutuata lux Epigrammatario, & auxilium ijs, qui autumant Pudentem ei notum, & D. Paulo fuiſſe: Iulianus enim, alium, Sanctum agnoſcit Virum, eum ſcilicèt, qui Claudiam duxit; alium, impium, qui amarit Puerum. De primo, vide Vſuardum, Adonem, Menolog. Græcorum, Cæſ. Baronium in Annal. & ad Martyr. & Lege, ex periphraſi Secundas Iuuenalis, Clauerij verba: *ſcitum eſt verò Martialem, non inuiſum fuiſſe Chriſtianis, nam Pudentem, & Claudiam par nobile, ac Beato Paulo iucundiſſimum plurimis in Cœlum Laudibus effert.* Paribus ferè tibiis audio ceciniſſe Guilielmum Lamodenum Britannicum; quamuis inficias eat Mathæus Raderus in tertiis ad Martialem curis, in Poëtæ vita pag. 4. ad finem; & ad dict. Epig. 13. lib. 4.

*Anno Domini.* conſtanterque affirmet reſiſtere Chronologos. Tu eos Conſule; IVLIANI auctoritatem præpono, & conciliatum inter magnos Viros. *Æra Cæſaris.*

289 Apud Rauennates & alibi, memoria Sancti Mantiani Ciuis Romani, Martiali cari, qui cum diuinitùs electus eſſet Epiſcopus Romanus, pro fide Cath. ſub Adriano Imperatore poſt multa tormentorum genera procumbit in pace.

290 In Italia, & Græcia laudatur Maximilla, in quam iocatur Martialis. fuit vxor Egiæ Conſulis cognataque Plinij, quæ ſepeliuit S. Antiſium magiſtrum, & Romam reuerſa diu vixit.

[In Martiali lib. 2. Epig. 41. *Maximam* Legitur. Videat Lector an eadem?

291 Feſtum S. Petronillæ diui Petri ex matrimonio filiæ, S. Marcus Marcellus induxit in Hiſpaniam, quæ cogebatur nubere Comiti Valerio Flacco Patauino. familiariſſimus Martialis, qui fuit comes Proconſulis Cyprij.

[De Flacco ſuo, Martialis lib. 7. Epig. 86. *Si meus auritâ gaudet Lagopode Flaccus.* De eodem Epig. 75. lib. 12.

292 S. Marcellus induxit in Hiſpanias memoriam SS. Martyrum Nerei, & Achillei Romæ paſſorum ſub Lanitio Rufo Conſulari, Martiali nimis amico, ad quem multa ſcripſit.

[Martyrol. 12. Maij A. Nerei, & Achilei facit mentionem. *Ruſo* plura Epigrammata ſcripſit Martialis lib. 1. Epig. 107. lib. 2. 11. 29. 48. 84.





*Anno Domini.* 293 S. Maronis Martyris, & Sociorum vitam ſcripſit, in quem Sanctiſſimum Maronem iocatur Martialis. *Anno Domini.*

*Lib. 12. epi. 92.*

[De Sancto Marone, & Sociis, Martyrol. 15. April. B. In quem iocatur Martialis lib. 12. Epig. 92.

294 Tempore Domitiani, Martyres, quibus cremabantur manus, vocati ſunt Mutij. de quo Martialis, qui Caſſiano Martyri fuit familiaris.

*De Caſſiano. Mart. lib. 3. epig. 64. De Muricio lib. 1. Ecc. epig. 22.*

[De Caſſiano Martyre & Socijs. Martyrol. 15. Aprilis. B. Ad Caſſianum ſcripſit Martial. lib. 3. Epig. 64. De Mucio, lib. 1. Epig. 22.

295 Vox Chriſtianorum, cùm iuberentur adorare Deos, frequens eſt; *non faciam, nec facio*, plena fortitudinis, vt Martialis docet.

*Lib. 7. epig. 76. & lib. 11. 57. & lib. 8. epig. 24.*

[De verbo *faciendi* extat elegans locus apud Simeonem Metaphraſtem, in Leuci, ſiue Lucii vita, Thyrſi, & Callinici; vbi loquens de Thyrſo, ait: *Eum circunſtans multitudo cognatorum: & amicorum, rogabant, ne ſibi parceret, & effugeret horrendum illud genus ſupplicij*, FACIENDO *quod ſibi iubebatur.*

296 Candidus & Paulus Martyres Romani familiares Martiali, vti Lucius Mendicus Tudenſis, qui ex vltima Hiſpania Romam venit.

[Martyrol. 3. Octobr. A. De Candido, Martial. lib. 3. epig. 46.

297 Philipporum Imperatorum memoria fuit ſemper Hiſpaniis veneranda: ad quos 3. Imperii anno Chriſtianos factos extat Origenis Epiſtola, quoſque in odium Fidei occidit Decius.

*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

298 Celebris eſt memoria Plinij Secundi, cuius bona mens, qua Chriſtianorum cauſæ fauit, creditur in cauſa fuiſſe vt à Tito Cretenſi Archiepiſcopo conuerſus ad Fidem poſt aliquot annos Nouocomi cum aliis capitis obtruncatione in perſecutione Adriani Martyrium paſſus eſſet.

[Vide n. 285.

299 Floret Epiſcopus Iurenſis cuius ſedes à Iacobo Apoſtolo creditur erecta.

557. Venit S. Pontifex Sacerdos Lugdunenſis ad 595.
Regem Atanagildum VViſigothorum, miſſus à Regibus Gallis, & factus eſt Seguntinus ab eodem Rege. Vir Sanctus Obiit 3. die Septembris, anno Domini 570. eius caput aſſeruatur ab eadem Sede, corpus verò Lugduni.

588. 300 Bacaudæ Toletano ſuccedit in Sede Regia Petrus cognomento Benignus, vir optimus & Archidiaconus Bacaudæ. hic ſcribit ad Pontificem Romanum, & illi reſpondit.

301 Euphemianus vel Euphemius, primus Abbas Agalienſis, ab Athanagildo Rege VViſigothorum, & in monaſterio poſitus ſcribit ad Pelagium Papam, cui reſpondit.

569. 302 Lucrecio Bracharenſi Pontifici ſuccedit S. Martinus Dumienſis, Vir raræ Sanctitatis & Doctrinæ.

303 Petro cognomento Benigno, Pontifici Toletano, ſuccedit Euphemius, vel Euphemianus, aliàs dictus Helladius, vnus de primis S. Be-



*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

nedicti diſcipulis, qui Toletum peruenerunt in Hiſpaniam: porro fuit primus Abbas Agalienſis.

579. 304 S. Pontifici Martino ſuccedit in Sede Bra- 617.
charenſi Benignus Vir Sanctus, qui cum aliis interfuit tertio Concilio Toletano.

305 Æra 623. anno Domini 585. xiij. Aprilis in
peruigilio Paſchatis ante mediam noctem (poſtquam incipiebat dies) S. Hermenegildus Rex,
filius Leouigildi Regis VViſigothorum, Sanctificatis caueribus, Hiſpalis, Cordubæ, Toleti,
585. Valentiæ, & Tarraconis, tandem Hiſpalis, quòd 623.
à Paſchaſio, dicto etiam Acacio, Epiſcopo Hæreſiarcha noluit accipere Sacram Communionem, iuſſu patris à Siſiberto occiſus eſt. Quæ res nonnullorum narratione ad S. Gregorium delatæ, qui dixerant Pontifici, quod non viderant, ſed à quibuſdam audierant, Regem non verè pœnituiſſe; pœnitentiam vero egiſſe, Marcus Mamus Epiſcopus poſt Cæſarauguſtanus, & S. Gregorius Turonenſis, qui certò rem nouerunt.

| Martyrol. 13. April. C.

590. 306 Magna Synodus facta eſt Toleti vbi Fi- 628.
dem quam priuatim profeſſi fuerāt vniuerſi VViſogothi publicè profitentur, vbi ſcripſit Marcus Maximus Cæſarauguſtanis, qui Archidiaconennus eiuſdem Eccleſiæ Concilio interfuit.

307 Seuerus Hiſpaniarum Comes ſub Iuliano creditur Romæ paſſus. Idem Rector & præpoſi-

Anno Domini. Æra Cæſaris.

tuspatrimonii, & Oeconomus.
308 Saluiatus Toletanus ex hac familia tranſi-
593. uit Portugalem. Scripſit vitam S. Martini. 631.

309 Euphemio vel Euphemiano viro Sanctiſ-
ſimo ſuccedit in regia Primate Toletana ſede
Exuperius, Secundus Abbas Agalienſis, Vir
etiam ſanctus. Hoc anno moritur S. Turribius
Epiſcopus Palentinus 11. Nouembris.

310 Floret S. Fulgentius Eleutherij Epiſcopi
diſcipulus, poſt Carthaginenſis, & Aſtigitanus
Epiſcopus & Doctor, quem citat S. Iulianus Epiſ-
copus Toletanus Concil. Tol. S. Tolobeus aliàs
Tobeus in eremo Libanienſi, 3. die Iulii, qui
priùs fuerat Epiſcopus Bracharenſis.

597. 311 Exuperio Toletano Pontifici ſufficitur A- 635.
delphius Abbas Agalienſis patriâ Metenſis, qui
reuerſus Metem, vbi fit Epiſcopus, vir Sanctus
colitur 29. die Auguſti.

600. 312 Adelphio ſuccedit in Sede Toletana Co- 638.
nantius vel Venantius, qui fuit Abbas SS. Mar-
tyrum Coſmæ & Damiani.

603. 313 Conantio vel Venantio Toletano ſucceſſit 641.
in Sede S. Vir Auraſius 4. Abbas Agalienſis.

613. 314 S. Pontifici Auraſio ſuccedit S. Helladius 669.
Rector Patrimonii monaſterii Agalienſis, Vir
Sanctus.

315 Mortuo ſanctiſſimo Pontifice Helladio
ſuccedit in Eccleſia Toletana primate Iuſtus Mo-
nachus Agalienſis, vir Sanctus. Sanctus verò
Helladius ſepultus eſt in æde S. Leocadiæ præ-



Anno Domini. Æra Cæſaris.

torienſis, & ſuburbanæ.

316 Floret S. memoria Euphemii vel Euphe-
miani Toletani Pontificis, qui factus Abbas A-
galienſis miſſus Legatus Conſtantinopolim, ora-
uit Papam Pelagium primum per literas, vt reci-
peret Hiſpanos Arrianos, & Conſtantinopoli-
tanos defendentes Acacium; per literas illi reſ-
pondit Papa, & ſtatim deceſſit à communione
Conſtantinopolitanorum. hic Euphemius alius
eſt ab Euphemio Epiſcopo Conſtantinopolita-
no, longe illo ætate priore.

634 317 Floret S. Seuerus Epiſcopus Barcinonen- 672.
ſis. interfuit per legatum quarto Concilio Tole-
tano, & poſt Martyr occumbit. celebratur illi
dies 6. Nouembris.

[Martyrol. 6. Nouemb. C.

318 Hoc eodem anno Iuſto Toletano Pontifi-
ci ſuccedit in Regia Toletana Eugenius Secun-
dus hoc nomine, non minus doctus quàm ſan-
ctitate conſpicuus.

638. 319 Quinta die Martii S. Fulgentius Epiſco- 676.
pus Aſtigitanus ex Carthaginenſi Hiſpania Do-
ctor inſignis, obiit in Vrbe Carthagine Spartaria,
propè ad euerſionem illa redacta.

646. 320 Eugenio Secundo Toletano, habito pro 684.
Sancto, ſuccedit illi Eugenius tertius Monachus
Benedictinus, magnus Poëta, & Aſtrologus, vir
doctiſſimus, & ſanctiſſimus.

649. 321 S. Ildefonſus Monachus Agalienſis, Ab- 687.

Anno Domini. Æra Cæſaris.

bas Benedictinus SS. Martyrum Coſmæ & Damiani ſuccedit in Regia Sede Toletana S. Eugenio III. qui colitur 13. Nouembris.

322 Hoc tempore moritur Heleca Diaconus Hiſpalenſis, & Epiſcopus Cordubenſis, quem S. Heladius, vt Primas Hiſpaniæ, miſſum à S. Iſidoro Hiſpalenſi in Concilio depoſuit.

323 Ildefonſus qui natus eſt Toleti æra 644. x. an. mittitur ad S. Iſidorum, qui quidem Iſidorus pulſus à ſede Hiſpalenſi cum Cæcilio Malacitano, alias Malicitano traditur Cæſareo Patricio. at pulſo Gordiano, intruſo Hiſpalenſi, anno 618. idem Iſidorus Sedi ſuæ reſtituitur. Cùm reuerſum Hiſpali facere vellet Archidiaconum ſuum S. Helladius Epiſcopus Toletanus, Ildefonſus ad monaſterium Agalienſe fugit anno 631. quod monaſterium in ſuburbio Toletano non procul eſt à Tago flumine, ſic dicto, à Tago Toleti Rege, quem Aſdrubal Pænorum Rex occidit. Fit monachus ſub Marucino, aliàs dicto à Deodato, Abbate, 25. die Martij.

324 Manucini ſanctiſſimi viri celebris eſt memoria Toleti vbi exulauit, & Bracharæ vbi Pontifex fuit, & inde exulauit, cui ſucceſſit in Sede ſancta Bracharenſi Panoratius.

325 Hoc tempore prima Ianuarii moritur Toleti Artuagus monachus Auguſtinianus, vir apprimè feruens zelo fidei. Floret tunc Oroſius Epiſcopus Carpetanus Eboracenſis, Sanctus, & doctrinæ laude præclarus.



Anno Domini. Æra Cæſaris.

326 In Gallecia oppido Meladenſi vel Meldurenſi S. Fara virgo Benedictina monialis, ſub Heraclio Imperatore.

327 Viget S. Eugenii III. Pontificis Toletani memoria, qui fuit monachus Benedictinus. qui in cœnobio Cæſarauguſtano, quod ſimul cum Sacra Capella S. Mariæ de Columna tunc erat. quam Capellam traditio vetus eſt S. Iacobum Zebedæi filium ædificaſſe, cùm in Hiſpaniis prædicauit iuſſu B. Virginis, in ripa Iberi illi apparentis.

328 Sedes Iacenſis dicitur Oriolenſis à Raſi Mauro Hiſtorico.

329 S. Eugenius correxit itinerarium prouinciarum, factum iuſſu Traiani Antonini Auguſti, & Senioris Theodoſij Imperatoris.

330 Hoc tempore regebat Eccleſiam Toletanam ſanctè pieque beatus Ildefonſus, qui anno 636. electus eſt Abbas SS. Martyrum Coſmæ & Damiani in ſuburbio Toletano, nec pòſt multo in pago de Ibieri 240. paſſ. diſtante Toleto ad oppidum Illeſcas, in cœnobium Monialium ordinis S. Benedicti, quod adhuc venerabile eſt, aduocationi S. Mariæ condidit, in eoque poſuit imaginem beatæ Virginis Mariæ, quam ille deuotè venerabatur aſſiduè.

[ *Ibieri*, idem ac *Illeſcas*; τὸ *Iberi*, quaſi ibi erit: *Illeſcas*, quaſi illîc quieſcas : ibi enim *demarcationis Mediterraneæ antiquæ punctum.* Vide de *Eremiterio Illucenſi*, in noſtro IVLIANO, ad calcem Aduerſariorum; & Portocarrerum in libello de deſcenſu Dei-paræ Virginis MARIÆ, pag. 35. De hoc Coenobio multi

*Anno Domini.* multa. Variant in nomine. Portocarrerus in loco ſuprà citato *Dei-bienſe Moneſterium* appellat; Doctor Salaçar de Mendoça eum ſequitur in S. Ildefonſi vita c. 7. §. 5. pag. 54. F. Alfonſus Vaſquez ex manu ſcriptorũ Aegidii Zamorenſis fide, *Biſſenſe* nominat. Verba Aegidij ſunt: *Ad laudem, & honorem* DEI, *& Beatæ* MARIÆ, *& Sanctorum Virginum, in villa quæ tunc* Biſſenſis *appellabatur, Coenobium ædificatum eſt.* quæ contuli cum exemplari, quod beneficio cuiuſdam docti, & Religioſi Viri habeo in Bibliotheca mea Madridienſi. In officio verò S. Ildefonſi in 2. nocturno Lect. 4. ad Matutinum hæc leguntur: *Monaſterium Sacrarum Virginum, in Dubienſi Villula ſuis facultatibus ædificauit.* Vox *Debienſe*, Monaſterium ſcribatur; fortè ex IVLIANO, quaſi Monaſterium in Ibienſi ſitum. Videndus noſter Couarruuias, in Dictionario Hiſp. verbo. *Illeſcas.* *Æra Cæſaris.*

331 Florebat memoria S. Taronis Pontificis Cæſarauguſtani docti, & pij, qui obiit in pace 4. Kal. Februarii, Era 698.

332 Tunc Emeterius ædificauit Cœnobium S. Felicis in loco editiſſimo ſupra crepidinem fluminis Tagi, vbi iacet Sancta Gudila.

660. 333 Per idem tempus mortuus Toleti Emeterius Comes Cubiculariorum, conſanguineus Sancti Ildefonſi. 698.

334 Riquila ſucceſſit in officio Rectoris Agalienſis Iuſto, Iuſtus verò Simplicio, Simplicius autem Helladio.

335 Anno 63. ad preces S. Ildefonſi, qui poſtea factus eſt Toletanus, inſtitutus eſt dies Incarnationis Domini IESV CHRISTI 8. diebus ante Natalem eius.

336 S. Amandus Epiſcopus Caſtellonenſis in Hiſpania per id tempus floret, ad quem literas mittit S. Martinus Papa. Contrahitur Amando impulſore Concilium contra Monothelitas, anno Domini 550.

337 Florebat



*Anno Domini.* 337 Florebat S. Ildefonſus Toletanus Antiſtes, qui prima die Decembris anno 659. accipitur ad ſedem Toletanam, qui loco S. Eugenii 3. qui mortuus, eſt ad ſuperos relatus die 13. Nouembris. Sed ſuccedit Ildefonſo Toletano Iuſtus in regimine monaſterii SS. Coſmæ, & Damiani. S. verò Idefonſus 7. Id. Nouembris, hoc anno concilium Toleti contrahit contra quoſdam hæreticos male ſentientes de virginitate Beatæ Mariæ, quod dilatatis virginalibus clauſtris, vt cæteræ mulieres peperiſſet, ſine nouo quodam miraculo. *Æra Cæſaris.*

666. 338 Hæreticos Gallos, Theudium, & Helladium, loquentes de parturiendi modo B. Virginis Mariæ, editis libris quos ad moniales Delibienſis Monaſterii in agro Toletano poſiti dedicarat, confutat. Concilium multorum Epiſcoporum contrahit, in quo interfuit ipſe Ildefonſus, & multi Epiſcopi, inter quos fuit vnus S. Amandus, primus Epiſcopus Traiectenſis, deinde vero Caſtellonenſis in Hiſpania, Vir doctus, & Sanctus. 704.

¶ Contra Theudium, & Helladium Hæreticos, ſcripſiſſe S. Ildefonſum teſtantur multi Auctores, quos refert P. Gabriel Vaſquez 3. p. diſputat. 121. c. 2. refert Vir ſingularis doctrinæ P. Alfonſus Vaſquez, in ſuo Idefonſo lib. 4. c. 3. fol. 275. P. Franciſcus Portocarrerus in libello de deſcenſu Dei-paræ Virginis MARIAE fol. 34. b.

339 Floret memoria S. Agathangeli, patre Romano, matre Illicitana Hiſpana, qui paſſus

k

eſt cum S. Clemente Ancyronenſi.

[Martyrol. 23. Iauuarii. F. G.

340 Rex Recinſuinthus VViſogothorum dat Toleto inſignia ſua Regalia, Leonem inſurgentem rufum, in alueo aureo. Prius habuit Aquilam nigram.

341 Multis habitis concionibus S. Ildefonſus defendit mirabilem parturitionis modum Beatæ Mariæ Virginis contra illos hæreticos dicentes more cæterarum mulierum peperiſſe, nihilominus permanſiſſe Virginem, quod fieri non poteſt.

342 Talauerienſes, qui & Elborenſes, hæreticos præfatos reuertentes ſuis ſedibus, ignominiosè verberatos ad Galliam redire compellunt, procurante Zozimo Pontifice ſuo, qui decimo Concilio Toletano interfuit.

[De Cappa plura Portocarrerus, variâ litterarum ſupellectile ornatiſſimus, noſter D. Salazar de Mendoça. Fr. Ildefonſus Vaſ-
667. quez; & in Aduerſariis IVLIANI. plurima.

343 Feria 6. in peruigilio expectationis B. Virginis Mariæ Ildefonſus iens ad vigilias matutinas, preceſque B. Virginis Mariæ cappa veſtitus eſt.

667. 344 Eoſdem hæreticos reuertentes ſecundo, 705.
Elboracenſes ignominioſè verberatos iterum agro Carpetano ſuiſque ſedibus amandant.

345 Hoc anno S. Leocadia Virgo & Martyr nono die Decembris in æde ſua prætorienſi ſuburbana, Tago flumini contigua, apparet S. Il-



defonſo Archiepiſcopo Toletano, & coram Rege Flauio Recinſuintho VViſogothorum totaque Gothorum nobilitate, Clero, Epiſcopis 19. ſuffraganeis, Senatu populoque Toletano eum laudat; Velum autem ipſum, quo ipſa tegebat caput, ſecari ipſa permittit; velumque idem cum gladiolo, quem diſtrictum è vagina ſua Rex Recinſuinthus porrexerat, in ſacrario S. Iuſtæ Toletanæ diù ſeruatum eſt. receptaque Ciuitate, temploque maximo B. Virgini ſacrato, Chriſtianiſque reſtituto ſeruanda, redduntur, cum lapide ex candenti marmore, vbi pedes B. Virgo poſuit, & aliis reliquiis.

346 Celebratur S. Leo Deciſius, cognomento Iulianus, Vir ſanctus in Gallecia, dictus etiam Epiſcopus Bracharenſis Vrbanus, qui & Iulianus dictus, pòſt Epiſcopus Toletanus, antea verò inſignis eiuſdem ſedis Melodius. Euantius, Felix, Gudila, VVitericus, & alii ſancti, & docti laude florent.

347 Miraculum de cappa cæleſti per Hiſpanias diuulgatur, & Romam vſque peruenit, mittit Apoſtolicus legatum, & re comperta fit ſocius eiuſdem Eccleſiæ, ac exinde inoleuit mos; nocte Natiuitatis quando ipſe abeſt mulctari.

348 Vigeſima tertia die Ianuarij ſub primam horam noctis S. Ildefonſus, ſapientia, vitæ ſanctitate, meritiſque clariſſimus, ad cælos migrat. corpus eius altera die cum magno Ciuium mærore in S. Leocadiæ Baſilica, vbi ſancta Virgo nata

*Anno Domini.* *Æra Caſaris.*

educataque eſt ad pedes prædeceſſoris ſui S. Eugenii 3. ſepultus eſt, cui Iulianus diſcipulus carmen poſuit, fuit eius etiam Archidiaconus. Scripſit Vir Dei Ildefonſus hiſtoriam Gothorum. addidit libro S. Iſidori de viris illuſtribus multos. multa quoque Epitaphia, & carmina quæ incipiunt: *Luce Sacra*, alterum ad Eladium Toleti Rectorem, aliud Eugenii præſulis, aliud ad Leandium, aliud S. Fulgentii. multas Epiſtolas. XIIII. conciones in defenſionem miraculoſæ parturitionis B. Virginis. Fuit autem S. Ildefonſus, vt ex antiquis quæ adhuc durant hiſtoriis, & picturis, procero corpore, multùm venerabili facie, vultu verecundo, & modeſto, pulchro, & verè regio, colore roſeo, candore ſingulari permixto, ſermoni eius miram Deus dederat ſuauiloquentiam, & leporem; ſemper erat hilaris, mitis, vrbanus, manſuetus, blandus omnibus, & in omnibus amabilis, ſiue ſecularis, ſiue monachus, ſiue Pontifex, ſemper in pretio, & omnium beneuolentia fuit. Rex Recinſuinthus quod ab eo, poſt monitiones priuatas, acriter arguebatur, moleſtiſſimus illi fuerat. poſt miraculum S. Leocadiæ & cappæ, magno eum in pretio habuit. multos Iudæorum, vt conſtat ex pictura, Toleti, ad fidem conuertit.

349 Recinſuinthus Abbas, Bracharenſis patria, ex Benedictinis floret, Poëta, & orator egregius; cuius ad Ildefonſum extant Epigrammata, & nonnullæ Epiſtolæ ſpirantes pietatem. Scripſit



*Anno Domini.* *Æra Caſaris.*

etiam Epigrammata in laudem 18. Martyrum, & S. Veatridis Bracharenſis, qui SS. Martyres omnes prius iacuerunt in Beata Virgine de pilari.

350 Non multo poſt Quiricus, qui Epiſcopus Bracharenſis Concilio Toletano interfuit, & ædificauit templum S. Eulaliæ Barchinonenſis, ſuccedit S. Ildefonſo, & Toletanam regit Eccleſiam; ad quem ſicut ad Eruigium regem, ſcribit S. Leo Papa.

351 Mortuo Auila Abbate Agalienſi fit Abbas Vincentius, & poſt Vincentium eligitur Adeodatus, eius nominis ſecundus.

352 Rex glorioſus VVamba, Egaræ, quæ nunc Regua eſt, prope aquas calidas, Vrcenſis Ciuitatis Sedem firmauit. idem inſtituit Iotoſæ, quæ nunc Octogeſa, non Mequineca. quibuſdam ſanè dicitur Itona, ſedem poſuit Epiſcopalem.

353 Reuerſus glorioſus VVamba à bello contra Paulum rebellem ex Galliis prope villã Guardam, & Marciolicam in Carpetanis, reparat ædem S. Petri, dicatam S. Quiteriæ Virgini & Martyri, quæ non multo prius agricolæ apparuerat, nunc domus diuæ Martyri ſacra Regis habet huius inſcriptionem.

[Martyrol. 22. Maii. E.

354 XX. die Nouembris eiuſdem anni S. Quiricus Pontifex Toletanus moritur, & ad ſanctam Leocadiam regalem, vbi ſacra Virgo nata eſt,

*Anno Domini.* ſepelitur. poſuit ſepulchrale carmen Iulianus, *Æra Cæſaris.*
pòſt Toletanus Epiſcopus.

355 Hic S. Quiricus mox poſt mortem glorioſi Regis VVambæ tædio & morbo confectus, fecerat conſecrari in Epiſcopum Toletanum & coadiutorem ſuum Archidiaconum Toletanæ Eccleſiæ Iulianum.

676. 356 VVamba tamen glorioſiſſimus Rex Æra 714.
714. anno regni ſui 5. coëgerat Toleto generale Concilium præſentibus Metropolitanis, & Abbatibus ſuis totius Hiſpaniæ, vbi in pretio ſunt habiti libri S. Ildefonſi pontificis, & confeſſoris, & ſignatæ ſunt ædes ſingulis Metropolitanis, & termini ſingulis ſedibus: & ob hoc multæ lites, quæ diutius inter Epiſcopos durauerant, ſopitæ ſunt.

692. 357 **Fructuoſus ex Ciue copioſiſſimo factus** 730.
pauper eremita, Ciuiſque Segobienſis, vitæ ſanctimoniâ cum *S.* Valentino ſuo fratre floret in Eremo.

358 Non multò pòſt *S.* Fructuoſus (vulgo Fructus) eremita in monaſterio Benedictinorum Valentinus frater, & Sanctiſſima ſoror Suſanna à Mauris, vt quidam volunt, perimuntur die 24. menſis Octobris. Sunt patroni Segobiæ.

359 S. Iulianus, qui Archiepiſcopus Toletanus pòſt fuit, continuat Chronicum Regum VViſigothorũ, ab Atanarico ad Ertuigium: cætera addidit Archiepiſcopus Toletanus ad finem vſque.



*Anno Domini.* 360 S. Iulianus iàm Epiſcopus Toletanus floret, cui ſucceſſit in hac Regia ſede primate Hiſpaniarum, & illo ſæculo à temporibus Apoſtolorum, Sigibertus Archiepiſcopus Toletanus. Is cùm eſſet Abbas Benedictinus, factus eſt Archiepiſcopus Toletanus, tanquam proditor periurus, & reus læſæ maieſtatis. anno *6.* Egicani Regis exulat in oppido, ac monaſterio longè poſito in Vrbe Toletana in inſula Tumba maris Britannici, vel Callaci, vbi confectus ærumnis moritur. *Æra Cæſaris.*

361 *S.* Iulianus mittit Apologeticum cùm expoſitionibus ad Papam Sergium, & carmina ad Imperatorem Heraclium Iuſtinianum in laudem ipſius, reſpondent illi eleganti Epiſtolæ.

[ Vide Iſidorum Pacenſem à Sandouale editum, pag. 10. col. 1.

362 xx. Die Ianuarii obiit ſanctè in monaſt. Pamplegenſi B. Rex VVamba cognomento Petrus, qui ex Diacono, vt quidam volunt, ſecutus militiam, nunquam vxorem duxit, maior ſexageſimo, inuituſque Regnum Gothorum iniuit: poſtea propter prudentiam, & Religionem, ac animi præſtantiam militariſque rei peritiam ad admirabilem iuſtitiam in pretio habetur, abdicans ſeſe regno, in monaſterio ſuperuixit Eruigio, nec ſe gubernaculo nec ſæcularibus inquam negotiis implicuit.

363 Felix pòſt Epiſcopus Toletanus ſcripſit duodecim Vitas, quæ ſuperadditæ ſunt à non-

Anno Domini. — Æra Cæſaris.

nullis chronico S. Ildefonſi.

364 Felix Epiſcopus Hiſpalenſis ſucceſſit Sigiberto Toletano depoſito à Sexto, anno Regis Egicani ad primum annum VVitizani moritur anno 701. pridie Kal. Ianuarij, iacet. ad S. Leocadiæ delubrum. Succeſſit in S. Sede Regia & primate Toletana S. Virgundericus, diſcipulus S. Ildefonſi.

365 Gundericus Seguntinus Epiſcopus primo Maij moritur anno 7. VVitizani Regis, cum regnaret (quod mihi minimè verò placet) neſcio quis Rex Acoſta. Iacet Gundericus in æde Toletana S. Torquatis & Epiſcopi, & Martyris, quã & ipſe perfecerat. poſuit & ibidem carmen ſepulchrale ſucceſſor eius Sinderedus diſcipulus S. Ildefonſi Toletani Pontificis, & ipſe Sinderedus fuit Epiſcopus Toletanus.

709. 366 Anno 8. Regis Egicani, 12. verò Regis Si- 747.
giberti Francorum, Robertus Epiſcopus Exomenſis, qui ſucceſſit :::::: Sanctè pieque dicitur deceſſiſſe.

367 S. Eleutherius pater multorum monaſteriorum Sancti Benedicti in Gallia, & in Hiſpania per hæc tempora floret.

368 Floret per hæc tempora Sinderedus Epiſcopus Toletanus, ſub quo Rodericus vltimus Gothorum Rex, qui VVitizam bello captum & oculis priuatum, vt ille fecerat aliis, Cordubæ, viuente Rege Ruderico, exulare cogitur.

369 Iulianus cognom[illegible]erius, qui &

alijs



Anno Domini. — Æra Cæſaris.

alijs Vrbanus dicitur, ſucceſſor Sinderedi, profectus Romam patriam ſuam Archiepiſcopus Toletanus (aliis chorepiſcopus) comitantibus Pelagio, & aliis Toletanis ciuibus primariis cum magna cautela, & præſidio militum armatorum arcam reliquiarum quam S. Fulgentius Rupenſis Epiſcopus attulerat à Hieroſolymis ad Africam, inde ad Hiſpaniam Carthaginem nouam, poſtremo Toletum vrbem Regiam, & ſimul corpora S. Eſturij cognomento Serrani, S. Iuliani, ac Cappam cælitus allatam, cum libris & rebus precioſis ad montem Auſturum inacceſſum, qui nunc à reliquiis Mons ſanctus dicitur.

370 Sarraceni ingreſſi quidam Arabes, dicti Tingitani, à prouintia Tingitana, qui more Nomadum Vagantes Ægyptij dicuntur.

371 Magnus mœror Toletanorum inuaſit, ſe priuari cæleſti theſauro reliquiarum ſacrarum ab Vrbano, & Comitibus. Nihil aſperum, nihil triſte vel infortunatum accidit in via, qui relicto theſauro in loco tuto, ſalutato nonnullo Chriſtianorum numero, qui præſidij cauſa eò confugerant, & relicto præſidio (manſit ibi Pelagius) Vrbanus cum ſocijs Toletum repedauit.

716. 372 Tertia die Ianuarii, die Veneris, anno 854.
716. in octaua S. Ioannis Euangeliſtæ Egilona Regina, vxor Ruderici Regis VViſogothorum vltimi, cum Abdalaſio, cui pòſt coacta nupſit, cum ſacerdote qui eos traxerat Cordubæ, Fidei cauſa patitur.

*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

[ De Egilona, Noſtri Hiſtoriographi; & de eius nuptiis P. Mariana in lib. 6. Hiſt. c. 27. c. Vbi legitur *prius poſt*; legendum: *paulò poſt*.

373 S. Iacobi Zebedæi filii, qui prædicauit in Hiſpania, cuius Patronus, & Apoſtolus fuit intermiſſa memoria recuperatur.

374 Florent eo tempore Toleti Riquila, & Comes, viri de Gothorum ſanguine, magis Fidei confeſſione clara, & gens Barroſa.

*F. è gente Barroſa de qua vide aduerſaria in hoc Chronic. p. 176. 177. 178.*

[ *Et gens Barroſa*: ſubintelligendum, ſi ſubſiſtat oratio, *floret*; at ſi cum anterioribus coniungas, lege: *è gente Barroſa*, de qua frequens mentio vt Chronico, & in Aduerſarijs, & Salazar de Mendoça, in libello de familia Ponces de Leon fol. 110. p. 1. & 2.

375 Egila Epiſcopus Illiturgitanus, poſt Vigarenus, in Bateſtanis defert corpus S. Euphraſij diſcipuli S. Iacobi Zebedæi filij, vnius ex primis Hiſpaniæ Apoſtolis, ex Illiturgi prope Cararacam, vbi paſſus eſt, ad Montem Emanum Galletiæ.

[ Martyrolog. 15. Maij; *& Euphraſius Illigurti.*

719. 376 XXV. Maij capta eſt Ciuitas Regia Toletum à Sarracenis ſub ea pactione, vt relinquerent Sarraceni Chriſtianis Muzarabibus ſex templa, cætera autem 28. parocialia, aut diruta ſunt, aut facta Meſquitæ Sarracenorum. dirutæ ſunt ædes ſacræ S. Gineſij Hiſpani militis Cordubæ paſſi, S. Chriſtophori, S. Nicolai, S. Vincentij, S. Ioan- 757.



*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

nis Baptiſtæ, S. Laurentii, SS. Martyrum Iuſti, & Paſtoris, S. Cypriani, S. Mariæ Magdalenæ S. Iacobi maioris, huius vrbis patroni, ac præſidis, S. Martini, S. Iſidori, S. Antonini, S. Hermenegildi, S. Crucis, S. Leocadiæ, & aliæ, quas ego comperire non potui. Porta quæ ad viam ſacram ducit S. Marco Marcello ſacra fuit: altera verò porta S. Leocadiæ. Monaſteria, remanſerunt Agalienſe S. Iuliani, SS. Coſmæ, & Damiani alterum, aliud S. Felicis, aliud S. Siluani in exitu pontis S. Crucis cccc. m. p. diſtans Toleto, familiæ nobiles, vt *relictum* inueni in ſchedis Tabularij SS. Iuſtæ, & Rufinæ. Toleti Lupus Barroſus ex antiqua familia Barroſorum, Alphonſus Godielus Godielorum, Gudila Ficulnus, Ficulnorum, Petrus Almildes ex familia Armildorum, cum quibus mixti ſunt Quirini à Quirino Ciue Romano, nunc corruptè Chirinos dicti ſunt, Portocarrerii, Toletani, & alii, qui cum Mauris pacti ſunt. ex quo bono Ciuitatis, vt qui ex Muzarabibus erant Eccleſiæ Cathedralis (quæ tempore captiuitatis nunc in S. Maria de Alficem, nunc in Parrochiali S. Iuſtæ poſtea fuit, & vtrobique domus Archiepiſcopalis) iſti omnes venirent ad Parochiam S. Iuſtæ, quia ex antiquiſſimo more ſeruarunt Gothi non mutare parrochias ſine facultate Pontificis. aliis data eſt Eccleſia S. Maria de Alficen, ſubtus arcem Toletanam. Dicti ſupra Muzarabes multas hæreditates relinquebant Eccleſiæ S. Iuſtæ, & in eadem æde ia-

Anno Domini. — Æra Cæſaris.

cent, & fit memoria de his.

[ De S. Gineſio, Vide quæ notauit Vir eruditiſſ. Rodericus Carus in Antiquitatibus *Origuelæ* fol. 154. A. Confer ſcripta ab Iſidoro Pacenſe.

477 Multi Chriſtianorum (dum Vrbs obſeſſa fuit) exeunt, timentes venire in manus Sarracenorum, & in via paſſi ſunt Martyrium diuerſimodo, quorum nomina ſcripta ſunt in cælis: alij confugerunt Abulam ad Adaſum flumen, quorum Vrbem Sarraceni funditus deleuerunt. Chriſtiani Compluto portarunt ad ſaltum Aſturam hoc eſt ex Vrbe, Guadalfapara, poſtea ſic dicta, corpus S Aſturij dicti Serrani, prius Archiepiſcopi Toletani, poſt Complutenſis, ne id corpus Sanctum à Sarracenis male tractaretur. alij Chriſtianorum fugientium, in crucem acti ſunt, alij verò per alia tormenta Eccleſiam illuſtri Martyrio decorauerunt. Sed hoc placet latius declarare, partim vt ſcripta reperi in Archiuo S. Iuſtæ, quæ aliquando fuit metropolis, & Eccleſia primaria Toletanorum Muzarabum, partim vt legi in hiſtorijs veterum, & à maioribus meis accepi. Sic enim Iſidorus Pacenſis habet in ſuis annalibus. Vlid ſcilicet penetrauit ad Toletum, Vrbem Regiam vſque, irrumpendo adiacentes Regiones pace fraudifera, male diuerberans nonnullos ſeniores viros nobiles quicunque remanſerunt per Oppam filium Egiæ regis fugam accipientes gladio patibuli iugulat, & eius occa-



Anno Domini. — Æra Cæſaris.

ſione enſe cunctos detruncat; ſicque non ſolum Vlteriorem Hiſpaniam, ſed etiam citeriorem Cæſarauguſtam antiquiſſimam, & florentiſſimam Ciuitatem dudum iam iudicio Dei patentem, appetitam gladio, fame, & captiuitate depopulatur: Ciuitates decoras igne concremando præcipitat: ſenes cruci adiudicat: iuuenes atque lactentes pugionibus trucidat. ſicque dum tali Tyrannide cunctos ſtimulat, pacem nonnullæ Ciuitates, quæ reſiduæ erant iam coactæ proclamant, atque ſuadendo & irridendo, aſtu quodam Sarraceno, nec more petita condonant. Sed vbi impetrata pace metu perterriti ad montana iterum effugientes forti fame, ac diuerſa morte periclitabantur; in eandem infelicem Hiſpaniam irruentes, in Corduba, in ſede dudum patria, quæ ſemper extitit præ cæteris adiacentibus Vrbibus opulentiſſima, & vbi in regno ſe Gothorum primitiuas aſſerebat delicias, regnũ efferum collocauit. Quis enim narrare queat tanta pericula? quis numerare tam importunia naufragia? Nam ſi omnia membra verterentur in linguas omnino, nequaquam ruinas Hiſpaniæ relaturus; tot tantaque mala dicere poterit humana natura. Sed vt in breui cuncta legenti renouem flagella relictis ſeculi innumerabilibus ab Adam vſque nunc cladibus, quas per infinitas regiones, & Ciuitates crudeliter intulit mundo ſors; quidquid iſte mundus hiſtorialiter capta Troia pertulit, quicquid Hieroſolymam prædicta profanans

Anno Domini. Æra Cæsaris.

eloquio baculauit, quicquid Babilonia per Hiſtoriarum eloquia pertulit, quidquid poſtremo Roma Apoſtolorum nobilitata, & decorata Martyrio, aliter confecit, hæc omnia tota Hiſpania quondam delicioſa, nunc miſera effecta, tam in honore, quàm in decore experta eſt. Hactenus Iſidorus Pacenſis. Cum verò multa dicit hic quæ dicta videntur per exaggerationem, & hyperbolem, tamen maxima fuit calamitas, & miſeria Hiſpaniarum. Quot cædes, quot incendia, quot ſpoliationes, quot narrat violentias? Quot exilia, & miſerabiliſſimos interitus pertulerunt? Nam cùm Rex Rudericus accepto nuncio de Sanctio Conſobrino ſuo victo ac profligato, tulit ſecum in Bæticam multos Comites, & Duces (erant tunc Toleti homines Hiſpaniæ nobiliores) & profecti ſunt cum eo Comites Ela, Vaſrila, Sixila, Triſemundus, VViſeldericus, & Vitulus qui erant in robuſta ætate. Manſerunt autem in Vrbe in eiuſque cuſtodia iam ſenes qui rexerant conſilio ac prudentia milites, & Ciues ſcilicet Sona, Teudila, Teudetus, Ieudemundus, Dauid Paulus, Teudefredus Requiſindus, Siſemundus, Theodulphus, Oſculphus V Vimarus Naudeſtius, Gudamendus, & ij tres erant de Parochia Sanctæ Iuſtæ. Seuerinus, Siſaldus, Traſericus de Sanoto Marco, & alij multi. Erant plus quam quinque mille domus Iudæorum qui habebant domos diſperſas per Ciuitatem, inter hos habebat magnam poteſtatem Teudila qui ſemper



Anno Domini. Æra Cæſaris.

clamauit in Concilio Ciuitatis, ne quid detrimenti veniret à Iudæis Ciuibus, & Ciuitati ipſi; Porro, cognito nuncio victi Regis Ruderici, & profligationis exercitus eius, magnus mæror Ciuitatem occupat, metus interrupit; omnes timent, omnes contremiſcunt; plerique grauiter exanimantur; & habito conſilio cum Pelagio Duce Ciuitatis Cantabriæ propè Baream, nunc Lucronium, quod ille cum nonnullis primoribus Gothorum tunc habuit, quid remedii paraturi viderentur in rebus tam afflictis & propemodum perditis, viſum eſt priùs, & inter omnes conſtitit de reſeruandis prius ad locum tutum ſanctorum reliquiis, quas multas in arca reconditas habebat, & ſimul vt libros ſacros, concilia, & opera ſanctorum Ildefonſi, Iuliani, Montani, Olympij, Gregorij, Iuliani, Eugenij vtriuſque & aliorum patrum ſecum adſportarent, ne ſi veniret in manus barbarorum, aut illa irreuerenter tractarent, aut more ſuo flammis incenderent. Allatæ ſunt reliquiæ anno 15. poſt 700. comitantibus multis viris primoribus Ciuitatis Duce glorioſo Fabio, Pelagio, & Vrbano cognomento Iuliano ex Melodiò Toletano Præſule, niſi mauis eum hic Vicarium nominare. Tunc enim viuebat adhuc Sinderedus pontifex Toletanus Romæque patriæ ſuæ degebat. Collocatis verò reliquiis in monte ſacro apud Aſtures reuerſi ſunt Toletum, & tunc Sarraceni Toletum obſederunt, nimiſque longa premebant obſidione. Erat

*Anno Domini.* autem annus 716. die ipſo Palmarum qui hic fuit 28. die Martii procedentes Toletani *per totam* Rhamniam quæ reſpicit occaſum ad templum ſuburbanum S. Leocadiæ Virginis & Martyris in prætorio prope Tagum poſitum, cum palmis, ramis oliuarum, & funalibus: vbi ex more vetuſtiſſimo, à primis Chriſtianæ Religionis temporibus (fuit enim ibi ante martyrium S. Leocadiæ ædicula ſacra) ad ea tempora conſeruatur. vbi celebrauerunt officium illius diei, & in illa æde S. Leocadiæ ſeruata eſt crux patriarchalis Pontificis Quirici. dumque Chriſtiani, multi quidem, remanſerunt intra mænia Ciuitatis ad cuſtodiam illius, eſſentque in diuinis officiis, nihilque præcipue tunc à Iudæis timerent; illi duce Archiſynagogo Rabbi Moſe, per portam, qua itur viam ſacram, non per principalem, ſed per collateralem, ingreſſum ad prima ſuburbia præbent, ex pacto conuento Sarracenis, qui iubente ſimul Oppane Archiepiſcopo Hiſpalenſi, Toletano verò intruſo, multos in primis ſuburbiis occidunt, qui Martyres cenſeri poſſunt, cùm occiſi ſint in odium religionis Chriſtianæ. Sed accedentes Chriſtiani ad ſecundum murum, Sarracenos ingreſſu Ciuitatis prohibent. interim dictum eſt ad illos, quod ſcribit Iſidorus Pacenſis, quod multi de ſenioribus, & nobilibus Viris fugerint per portam Rhamniam, eos inſequuntur; aliquos iugulant, alios in crucem tollunt. horum præcipui Dauid, Paulus, Siſenundus, Seuenanus, Nautius,

*Æra Cæſaris.*

*ꝝ. Per portã: nunc dicitur La puerra del Cambron.*



*Anno Domini.* Nautius, Triſericus Theodolus; de genere S. Ildefonſi per Ophilonem, Theudifredus, & alij miſerabiliter occiduntur, vidente & approbante (vt credi poteſt) maledicto Oppane. Horum corpora collegerunt Chriſtiani, & honorabiliter pro temporis opportunitate ſepelierunt in templo S. Iuſtæ. Nam ex quo Ildefonſus donatus eſt Cappa cæleſti, locus iſte factus eſt terribilis & veneratione dignus; & nemo niſi Rex aut Epiſcopus ibi ſepultus eſt. Plorauit eos multum populus Toletanus, quia fuerant Viri prudentes, & Catholici; & felices qui moriuntur, & vitam & ſanguinem effundunt pro debito Fidei noſtræ patrocinio. Iam tunc reuerſus erat ex Aſturibus Toletum S. Vir & Pontifex Toletanus confirmatus Vrbanus qui nimis ſolitus eſt Chriſtianos conſolari, & illos ad Fidei patriæque defenſionem hortabatur. Erat enim Vir magni ſpiritus, & feruoris Zelo. Manſerunt tunc Toleti viri præcipui, Lupus Barroſus Alfonſus Godiclus, Gudila Ficulnus, Petrus Armildes, qui vehementer irruerunt in Mauros, & eos expulerunt intra primum murum. Occiderunt Chriſtiani per varios cruciatus Iudæum Rabbi Moſem, & auctores coniurationis. cæteros noctu claudebant intra certos vicos. quo factum eſt vt illi non ſint amplius auſi rebellare. Obſeſſa manſit Ciuitas plus quam tres annos, eueneruntque vtrinque res magnæ quas Gullita Toletanus hiſtoriæ mandauit ad poſteritatem, quæ manet ad huc in tabu-

*Æra Cæſaris.*

m

*Anno Domini.* *Æra Cæsaris.*

lario S. Iuſtæ, vnde hæc ego deſcripſi. Manſit autem obſidio vſque dum feria quinta, & die Dominico pacta cōuenta sūt ſcilicet vigeſima quinta die Martij feſto Sancti Vrbani Papæ & Martyris, hoc eſt anno 719. quo die cum grauiſſimè obſeſſi tolerarent obſidionem, & obſidentes diuturnitate temporis & defectu commeatuum deficerent, obſeſſi petierunt à Mauris pactiones, quas ij libenter audierunt; Fuerunt autem conditiones, vt qui vellent abire Ciuitate, poſſent impune facere, & ſua omnia ſecum portare, ſua vendere, & aurum ſecum auferre, qui verò mallent, remanerent, ijſque ſeptem templa ſignarent, ex his quæ ab antiquo tempore fuerant Toleti, excepto maiori (quod tunc erat Maurorum Mezquita maior futura) quæ de cunctis eligerent vbi verum Deum patria religione colerent. Hac autem fuerunt *S.* Iuſtæ, Torquati, Luciæ, Marci, Eulaliæ, Sebaſtiani, & S. Mariæ ſuburbanæ, quæ dicitur Alphicem Arabicè, pro Eremiterio, & Sanctæ Leocadiæ intra muros, & Eccleſias omnes ſuburbanas, & quod eadem tributa, quæ Regibus VViſigothorum vſque ad eum diem perſoluerant, amplius Regibus Sarracenorum perſoluerentur: legibus Gothorum inter ſeſe gubernarentur: quod etiam iudices ex ipſis Chriſtianis Muzarabibus, qui ius illis dicerent, poſſent eligere. His pactis conuentis vltro formatis, vtrinque apertæ ſunt portæ Ciuitatis Mauris hoc ipſo anno ac die vbi ſupra. Itaque cùm tradita ſit anno 719. die 25. Maii, & recuperata à Mauris anno 1085. die Dominico 25. Maii, ſupereſt vt fuerit in poteſtate 366. ſub Sarracenis, vt conſtat ex Annalibus, & Regiis priuilegiis. Sic etiam Imperator glorioſiſſimus triumphator ſemper Auguſtus Adefonſus ſextus in priuilegio dotis, quam dedit S. Eccleſiæ Toletanæ, in die conſecrationis ipſius anno 1086. Decembris 18. cuius hæc ſunt Verba: Quæ Ciuitas, ſcilicet Toletum abſcondito Dei iudicio *366.* oppreſſa fuit à Mauris CHRISTI nomen communiter blaſphemantibus. Hactenus Adefonſus. Ego verò Dei bonitate receptioni huius Ciuitatis interfui. Loquebantur Muzarabes linguam Hiſpanam conſuetam, & Gothicam, præcipuè Tolètani, qui politiores erāt cæteris, nitorem linguæ vernaculæ natiuum inter Mauros obſeruauerunt. Hæc à Tubale principium habuit, in contractibus, & ſermone vulgari cum Sarracenis linqua loquebantur Arabica, inter ſe ſermone Gothico, vel Hiſpano vetuſto vtebantur: nobiles veſtitu Gothico; plebs autem veſtibus more Sarracenorum, more vero templorū in ſacris, & Conuentibus, & vſu ſacramentorum, & cæremoniis Eccleſiæ Gothicæ, ac foro iudicum, ac Gothicis etiam legibus.



377 Floret memoria S. Euroſiæ Virginis, & Martyris Boëmici reguli filiæ, anno 715. quæ nuptura regulo Aragoniæ venerat.

378 Florebat Iſidorus mercator venitque ad annum 808. fuitque Epiſcopus Seſabitanus. Scrip-

ſit amico ſuo fideli monacho Benedictino, qui fuit collector eiuſdem Iſidori. Vixit plus quam 118. annos, ſcilicet vt dixi ad annum 808. die 15. Maij.

379 Gaudioſa Vxor Regis Pelagii abneptis fuit Ophilonis fratris Stephani, patris S. Ildefonſi Toletani pontificis, à quo Ophilone deſcendit via recta Rudericus Armildem, de gente Quirinorum, gener Gutterij Ruderici, qui dicitur eſſe caput gentis dictæ Toletanorum.

380 Eccleſia S. Mariæ Toletanæ quæ ab Apoſtolo Iacobo fuit incepta, & à Marco Marcello Eugenio Aſſumptioni Beatæ Mariæ conſecrata, ab Arrianis Epiſcopis, cogentibus Regibus VViſigothorum ſæpe profanata, & à bonæ memoriæ Rege Recaredo Catholico reſtituta ritu ſolemni 13. Aprilis ab Euphemio, vel Euphemiano Toletano Archiepiſcopo, & Hiſpaniarum primate, præſentibus Maſona Emeritenſi metropolitano, & Benigno Bracharenſi, & aliis metropolitanis, & Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus & proceribus, ac multis viris Palatinis Regeque ac Regina Bada, proh dolor! nunc fit Mezquita Maurorum, polluta ſordibus immundis, prima die Iulij 731. anno. Nam mutatio hæc ab anno 719. ad hunc, quibuſdam ex cauſis dilata fuit.

743. 381 Succeſſit Sinderedo B. Pontifex Concordius Archidiaconus Vrbani, Vir egregiè doctus, pauperum compatiens, & in ſubeundis pro grege ſuo periculis alacer & promptus. Hic excepit tectis domoque S. Veranum Epiſcopum Tarraconenſem exulem, & Virum mirificum, qui non multo poſt in Carpetania tractuque Aurelionenſi ſanctè moritur die 19. menſis Octobris, cuius corpus defertur in Toletum, & tunc multis cum lacrymis Muzarabum, & Concordii Pontificis in æde S. Iuſtæ honorificè ſepelitur.



382 Aliquanto priùs, ſcilicet 16. Kalendas Octobris, Beacia, quæ Bacia dicitur, nunc Baeca S. Victor Epiſcopus Bracharenſis, Alexander, & Mutianus Martyres, & conciues.

383 S. Epiſcopus Concordius ærumnis, & Muzarabum captiuorum miſeratione confectus, moritur Toleti, prima die Iunii, ſepelitur cum multis lacrymis in æde S. Iuſtæ.

384 Petrus cognomento Pulcer, ob oris pulcritudinem & elegantiam morumque ſuauitatem, diſcipulus S. Iuliani, doctrina, fideque præclarus, ſcriptor nobilis. ſucceſſit in æde Toletana S. Concordio, ſeditque in ſede primaria Toletana fere ſex annis ſumma cum laude ingenij.

385 Iulianus, Lucas, Theſſalonicenſis, Græcus natione, diaconus, Toleti in pretio habetur nobilis ſcriptor, nam ſcripſit hiſtoriam Gothorum, & præcipuè Regis S. Pelagij.

[*Et præcipuè Regis Sancti* PELAGII.] Hunc regem vocant SANCTVM plures Auctores. Genebrardus in Chronologia lib. 3. anno. 730. *Roderico*, inquit, *Hiſpaniæ trigeſimo quarto, vltimo, deinde Reliquiarum primo Rege* SANCTO *Pelagio.* Gualterius in ſua Chronologia ſeculo. 8. fol. 567. col. 3. *Sanctus Pelagius, Rex primus à reſiduis in Hiſpania Chriſtianis electus, qui Vrbes nonnullas recepit.* Hæc

*Anno Domini.* exteri; qui non Patriæ amore deliniti, veritatem agnoſcunt, & ſcribunt. De miraculis *ſancti* Pelagij vide Baronium anno. 718. n. 5. 6. 7. & anno. 738. n. 8. In eius illuſtre & perenne monimentum extat hodiè Eccleſia, titulo. S. MARIÆ de *Couadonga*, condecorata. *Æra Cæſaris.*

386 Stemmata Toleti ſunt duæ ſtellæ Mercurium repræſentantes.

387 Vrbicius monachus Benedictinus aſportat
676. Compluto, quod Toleto diſtat circiter 8. paſſuum vel viginti Leucas Hiſpanicas, quadraginta verò Gallicas, SS. Martyrum Iuſti, & Paſtoris corpora ad Gallias.

388 Egila *Iadere* Ciuitate natus, quæ nunc dicitur Secura, Abbas Agalienſis ſanctitate, doctrinaque florebat Toleti.

389 Paſſus eſt Ledeſmæ, quæ quondam Bletiſa dicta eſt, Nicolaus puer Almazani Reguli Sarraceni filius, Galafu Regis Toleti frater, & cum eo paſſi ſunt alii duo Sacerdotes Nicolavs & Leonardus. Celebratur horum dies natalis anniuerſarius 1. die Nouembris.

390 Petro Pulchro ſuccedit in ſede Toletana Cixila, Vir egregius, qui Diaconus ſcripſit vitam S. Ildefonſi Pontificis Toletani. Hic Cixila, fuit Petri Pulchri Pontificis Toletani Archidiaconus, præfuit Eccleſiæ Toletanæ 31. annis.

770. 391 Hoc anno ſub Iuceph Rege Toleti, quem 808.
conſecutus eſt Abderrahmam delatum eſt corpus S. Leocadiæ Toleto Ouetum per Argericum. Agalienſem Abbatem ſucceſſorem Egilæ, & Petrum Abbatem *S.* Leucadiæ, & Andream Mu-



*Anno Domini.* zarabam, *Aben lupi* filium. *Æra Cæſaris.*

392 Eodem etiam tempore corpus S. Ildefonſi Camoram allatum eſt per quoſdam Toletanos Muzarabes, Toletone, an aliunde, neſcitur: & ibi relictum eſt.

393 Non multo poſt S. Carolus Magnus magni Pipini filius ſub Rege Toleti Galafro ibi nonnullos menſes moratur.

394 Contrahit Cixila Concilium Toleti; agitur de Canonibus pœnitentialibus Theodori Archiepiſcopi Anglorum.

395 Florebat Elipandus Cixiliani Pontificis Archidiaconus, qui cum Cixilano humanè tractat, & honorificè hoſpitatur. Carolum, magnum qui frequentabat Eccleſiam S. Iuſtæ Toletanæ, & multam familiaritatem habet cum Chriſtianis Muzarabibus, quibus promittit, quam primum poſſet, ſe eos liberaturum de grauiſſimo Sarracenorum iugo, quorum vicem dolens ſcribit ad Adrianum Pontificem Romanum, ductamque vxorem Gallianam Galafu regis filiam, Virginem honeſtiſſimam, & pulcherrimam iam baptizatam à Cixilano Epiſcopo Toletano, ſecum defert in Galliam. Nec deſunt qui Ludouicum Pium Imperatorem eius filium faciant. Vixit in Gallia aliquot annos.

*Veaſe à Don alsde Camargo Corregidor de Toledo en la defenſa de S. Tyrſo.*

396 S. Pontifex Adrianus ſcripſit Epiſtolam ad Egilanem Epiſcopum Illiberitanum, circa cuſtodiam Sabbathi, & circa eandem rem ſcripſit ad Epiſcopos Toletanos.

Anno Domini. 397 A Cixilano conditum eſt S. Tyrſi templum, Toleti Ciuis Toletani in Apollonia Græciæ paſſi. Exiuit Toleto S. Vir ſub Paulato vel Palmacio præſuli Toletano Cathecumenus, & idem Cixila Præſul, qui iuſſit ædificare templum, & compoſuit hymnum. A quibuſdam hîc ponitur Petrus Pulcher: at verò mihi verior illorum ſententia, qui ſuperiori loco ponunt. Æra Cæſaris.

[ De S. Thyrſo, & eius hymno vide libellum à Don Alfonſo de Carcamo, olim Vrbis Toleti Prætore, editum. Et n. 73. in Textu, & in Notis.

398 Floret Petus Agalienſis, qui ſucceſſit Argerico.

399 S. Pontifex Cixila Toletanus, organum Spiritus ſancti, vir præclarus meritis & doctrina & nominis ad patriam gratam Gandiam prope Valentiam, & apud S. Carolum Magnum, & Turpinum qui Toleti fuit cum Carolo Magno. Florebat idem Cixila gratia plurimum apud Muzarabes Hiſpaniæ. Hîc Egilæ Illiberitani Præſulis impetus retardauit, habito Concilio multorum Epiſcoporum, ſicut S. Pontifex Adrianus iuſſerat. Moritur hoc anno. Toleti cum magno doloris ſenſu ſubditorum ſepelitur in æde S. Iuſtæ 1. Nouembris, cui Helipandus Archidiaconus & ſucceſſor poſuit carmen ſepulchrale.

400 Deobrigæ S. Seueri & Menonij ſub Valeriana Auguſto floret memoria S. Sacerdotis Epiſcopi Siguntini, quibuſdam ſpreto prætorio.

401 Helipandus, Felicis Vigelitani pontificis diſcipulus, Archidiaconus, Toletanuſque Ciuis, ex genere Graccorum, Vir honeſtus, ſed deceptus ab Epiſcopo Felice Vincentioque, errauit in adoptione, quam tribuit CHRISTO filio Dei naturali, Deo de Deo, veroque homini, ſe putans rectè cenſere de ſua Fide. Librum, qui nunc eſt in bibliotheca S. Iuſtæ, eumque ad S. Carolum Magnum, ſibi familiariſſimum, tranſmiſit. Scripſit contra eum Heberius, adiuuante Beato, & hic liber eſt in noſtra bibliotheca. Vixit Helepandus in pontificatu Toletano fere 30. annis.



402 Ad eundem Helipandum ſcripſerunt Adrianus Papa, & Carolus Magnus, quorum cõſilio monitionibuſque reſipuit, vt poſtea videbimus. Sub hoc Pontifice Toletano, Muzarabes vehementiſſimè paſſi ſunt, iniuriis Sarracenorum prouocati: propter quod multi ad Auſturias, alij ad Gallias fugere coacti ſunt, relicto natali ſolo, & filijs.

403 In Caſtro Octauiano patiuntur pro fide Theodulus, & Leontius & Ioſeph Martyres illuſtriſſimi & fortes.

[ De Leontio, & Theodulo, in Phrygia paſſis, vide Martyrol. 18. Iunij. C.

404 Helipandus Pontifex miſit Gumeſindum Archidiaconum, & Lupum Andreæ Ficulnei. Alium ad Carolum magnum, quem Andream præmiſerat non multo prius oratorem ad Regem Galletiæ, & Aſturiarum VVeremun-

*Anno Domini.* dum. qui Andreas, prope Brigantium in Gallætia, liberauit decem Virgines à Mauris, cuius facinoris præcipuè Diues Gometius & Sugerius, & aliis comitantibus, qui omnes fuere Brigantini, præter Andream Toletanum, & VVeremundum Andreæ generum. Hic VVeremundus fuit pater Figueredorum à quinque Ficulneis, prope quas necauerunt Sarracenos. Folia ficulnea in Campo aureo pro natalitiis ſchematis, & inſignibus adferunt Figueredi, Figuoreæ, & qui Toleti dicuntur Ficulnei. *Æra Cæſaris.*

405 Septimæ Synodo generali interfuit Epiſcopus Valentinus Pantaleon, ex Hiſpania, Theodorus Preſbyter Badæ. Nicephorus preſbyter S. Mariæ Cæſarauguſtanæ, dictæ de pilari, quæ prima fuit omnium Eccleſiarum Hiſpaniæ, & vt creditur ante Nazarethicam, & ob id meretur dici Prototemplũ Beatæ Mariæ à S. Iacobo Zebedæi filio conſtructum iuſſu eiuſdem S. Virginis, & Agapius preſbyter & præfectus Eccleſiæ S. Tyrſi Toleti.

406 Contra Pontificem Helipandum ſcribit Librum Apologeticum D. Epiſcopus Eterius ſodalitius.

407 Vita quæ S. Leocadiæ circumfertur, eſt S. Braulionis Epiſcopi Cæſarauguſtani.

408 Felicianus Vir conſularis creditur Romæ paſſus ſub Iuliano.

[De Feliciano quodam ſub Diocletiano, & Maximiniano, Martyrij lauream meruit, Martyrol. 9. Iunij. A.



*Anno Domini.* 409 Arcaricus Epiſcopus Bracharenſis ſub Sarracenorum iugo mirè floret, qui acceptis, datiſque ad Helipandum literis, quæ Sancta atque Catholica in omnibus locis & temporibus docet. *Æra Cæſaris.*

410 Arcaricus ſcribit Helipando, damnans illius opinionem de adoptione CHRISTI, & circa eam Concilium contrahit.

796. 411 In principio huius anni Helipandus congregauit Concilium Toleti petitione Caroli Magni, & Arcaricii Bracharenſis Epiſcopi doctiſſimi ſanctiſſimique, & hortatu Gumeſendi Archidiaconi ſui apud ſecretarium S. Iuſtæ, conuenerunt Epiſcopi, Matanus, Complutenſis, Petrus Oretanus, Marcellus Valentinus, B. Oxonienſis, & alij: & coram illis, & Abbatibus dixit Helipandus Toletanus Archiepiſcopus Vir ætate & Sanctitate venerabilis, ſe ſtare determinationi S. Eccleſiæ Romanæ circa negotium de adoptione CHRISTI, & ibidem actum eſt de aliis rebus, & diſputatum eſt de mutando officio Gothico, quod Patres Concilij Italiæ perperam intellexerant, vel non viderant circa adoptionem CHRISTI, quædam imponentes Sanctiſſimis viris Ildefonſo, & Iuliano, qui vera ſenſerunt, & ſcripſerunt de adoptione. Sed de filiatione naturali. etiam filii Dei, etiam vt hominis, decretum eſt nihil mutandum, quod ſeruatur adhuc meo tempore, nihilque habet de CHRISTI adoptione. In præfationibus ſegregatur Synodus cum gra- 834.

*Anno Domini.* tiarum actione, & Romam mittuntur legati iam *Æra Cæſaris.*
Leone viro ſanctiſſimo pontifice maximo.

412 Hoc tempore florebat ſanctitatis & eruditionis opinione S. Martinus Epiſcopus Mindonienſis, iunior Dumienſi Epiſcopo, Arcarius Bracharenſis, & alii Pontifices Hiſpani, Itali, Galli, Germanique gratulantur miſſis literis Archiepiſcopo Helipando.

800. 413 S. Babilas Epiſcopus Pampilonenſis, capta Pampilone, venit in Carpetaniam, & prope populum Odonem docet pueros, & cum illorum 80. à Sarracenis patitur Martyrium 30. Octobris. 838.

414 Agit per literas Helipandus gratias Sancto Carolo Magno, fueruntque miſſi legati rurſus ijdem, qui ſupra: & cum legatis mittit ſupellectilem multorum librorum Gothicis literis ſcriptorum in ijs Concilia Toletana, Chronica Dextri, Maximi fragmenta, Braulionis, Helecæ, Taionis, & aliorum, & Luitprandi, poſtea ego miſſi Fuldam.

415 Sanctè moritur Helipandus Archiepiſcopus Toletanus, verè pœnitens: cui ſuccedit Homeſindus Archidiaconus Toletanus, Vir egregiè pius & ſedulus, ſedet annos. 20.

416 Turpinus Epiſcopus Rhemenſis, comitatur Carolum magnum Hiſpanias adeuntem, relicto in ſede Rhemenſi VValſamo, qui interfuit Concilio eiuſdem Ciuitatis, tanquam Vicarius eiuſdem anno 813. ſcripſitque Turpinus librum



*Anno Domini.* de rebus Caroli Magni (quidam verò eius hoſtes *Æra Cæſaris.*
miſcuerunt nonnulla fabuloſa) qui ſeruatur in æde S. Dionyſij prope Pariſios, ſatis vetuſtus.

417 S. Gumeſindus Archiepiſcopus Toletanus, adiecit Chronico S. Gregorii Turonenſis, quæ dicuntur appendices.

418 Scribit contra Claudium Tarnienſem Epiſcopum hæreticum S. Abbas Theodomirus, poſtea Cordubæ Martyr.

[ Martyrol. 25. Iunii. G.

419 Multi ex Chriſtanis, præſertim Toletani, cũ non poſſent ferre Maurorũ moleſtias, & inſolentias ex conſilio Gumeſindi Archiepiſcopi Toletani, & cum eius literis ad Ludouicũ Pium Auguſtum Toletanum, vt quibuſdam placuit, ob metum confugerant, quos acceptos benignitate Regia domibus, vrbibus, & multis prædiis ex quo viuerent, ille donauit.

800. 420 Coruerræ in Gallia S. Abdelardus cognomento Geneſius, cognatus Caroli magni, & Ducis Rolandi frater, qui prius Eneſi exulat, vel Ebuſi; ſecundo, prope Carthaginem in Hiſpania: tandem reuerſus ad ſuum Monaſterium Coruerenſe, & ſepultus ibidem eſt. inde poſt 100. annos ad eremum in littore maris prope Carthaginem Spartariam, vbi viuens degerat, translatus eſt, vbi mira circum iacentium oppidorum Muzarabum frequentià viſitur. 838.

*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

[De S. Gineſio vide libellum, de Antiquitatibus *de Oriquela*, ſcriptum. à Doctore Franciſco Martinez fol. 154. A. & de *Eremiterio S. Geneſii* vide in Aduerſariis.

421 Nicander Poëta Toletanus in Hiſpania in precio habetur.

422 Artinodus, cognomento Gallus, ex ordine Auguſtinianorum, ex humili & abiecto loco ad honoratiorem eleuatur Toleti.

828. 423 Mahometo Rege ædificatus eſt mirus pons ſuper Tagum flumen in alueo quod dicitur S. Leucadiæ.

424 S. Chriſtophori ſacræ reliquiæ Toleto Valenciam translatæ ſunt.

830. 425 V Viſtermirus Gumeſindi Toletani Pon- 868.
tificis Archidiaconus, patria Toletanus, ex genere Gothorum pro Guſmeſindo mortuo & in æde S. Iuſtæ ſepulto ſufficitur, ſedet in Toletana primate ſede annos 28. ſub Ambroſio Toletano rectore. Hic frater fuit Lupi Ficulnei Muzarabis. patris Gonderici contra Iconoclaſtos & Iconomachos fortiſſimè depugnat, & editis libris confutat.

426 Erigitur Toleti Academia Philoſophiæ, & Medicinæ, & Aſtrologiæ concurrentibus eo totius Hiſpaniæ celeberrimis Philoſophis, & Aſtrologiæ peritis Mediciſque.

427 Oueto ablatum eſt corpus S. Leocadiæ virginis & martyris Toletanæ ad vrbẽ Galliæ Sueſſonenſem petente Sueſſonenſi Comite qui Re-



*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

gem Oueti iuuarat contra Mauros inſurgentes, & eodem Rege concedente.

428 In territorio Zamorenſi loco Albugenſi S. Seuelina virgo monialis S. Benedicti, multarum virginum mater, floret.

840. 429 V Viſtremirus Synodum Toleti cogit mul- 878.
torum Epiſcoporum, vbi decretum eſt, iuxta Catholicæ Eccleſiæ ſenſum, nullo modo frangendas ſacras imagines ſanctorum, ſed recipiendas, habendas, & ritè venerandas.

430 Aluarus & Iſidorus fratres S. Eulogij Preſbyteri, & Doctoris Cordubenſis electi poſt Toletani Pontificis, & martyris inuictiſſimi Barorіam apud Regem Ludouicum exulauit.

844. 431 Theodomirus monachus Benedictinus, 882.
pòſt Epiſcopus Callagurritanus, mirè floret, & vt vir doctiſſimus habetur. Hôc anno fit iudex Toleti Muzarabum Gunderus filius Gunderici, Lupi nepos, quorum vterque ſanctæ pugnæ Ranimiri Regis Legionis & Oueti cum armis interfuit cum aliis multis militibus Toletanis, quorum fuerunt iſti Duces, etiam comitati ſunt in eodem prælio, Clauigij nominato, S. Pontificem Toletanum V Viſtremirum ſenem.

846. 432 Marinus Hiſpanus frater Martini Papæ ex 884.
Galletia floret.

433 Aluarus ex regio ſemine Gothorum amicus, & collega ſtudiorum S. Eulogii, literis & ſanctitatis opinione floret Cordubæ.

848. 434 S. Blaſius, qui apud Oppidum vocatum 886.

*Anno Domini.* Centumfontes in Celtiberia in Neronis perſecu- *Æra Cæſaris.*
tione in Hiſpania martyr patitur.

435 Oretanus Epiſcopus à S. Anaſtaſio S. Iacobi Apoſtoli Zebedæi filii, dum in Hiſpania prædicaret, diſcipulo, creatus, in precio habetur, & Deo honeſtante ſacrum eius corpus inuiſitur.

436 S. Hãncarardus Eremita ex Germania venit in Hiſpaniam Luſitanam, & in ripa fluminis Tagi prope Ciuitatem Scalabitanam, aliquot annos ſanctè degit, reuerſus autem ad Alpes, non procul à loco Tigurino, vulneribus latronum confoſſus martyrio coronatur. Agitur eius dies natalis 4. Februarii. Manent aliqua veſtigia aduentus huius S. Abbatis in Luſitaniam in oppidis eiuſdem prouinciç Ataugia & Meinardo.

437 Claudius Bellator presbyter Bigeſtrenſis vel Murcenſis ſcriptor nobilis.

857. 438 Hoc anno affertur Corduba Toletum liber dictus *Indiculus Luminoſus*, quem compoſuit S. Pontifex VViſtremirus, dum negotiorum cauſa Cordubæ commoratur. VViſtremirus ſuſceperat hoſpitio S. Eulogium. Cordubam ex Totana ſeu Toroana reuertentem, qui S. Pontifex Lupi Muzarabis frater, & iudicis, vir ſanctiſſimus, & charitate plenus hoc anno Toleti moritur, quem pauperes, orphani, viduæ & ſanctus, illi totus Muzarabum Senatus, maiori ex parte pauper, tanquam communem parentem lugent. Sepultus non, vt ille iuſſerat, in Eccleſiæ limine, ſed in loco eminenti S. Iuſtæ, quæ tunc erat Eccle- 895.

ſia



*Anno Domini.* ſia primas & domus Archiepiſcopi, in ſacello ſuç *Æra Cæſaris.*
gentis, vbi eius inſignia: Archidiaconus Bonitus hoc carmen poſuit, quod adhuc extat, eſtque huiuſmodi.

VViſtremirus eget pſalmi, dux ſpiritus almi *al. Prius.*
Grex fuit illius plebs Toletana *pius.* *al. Mus.*
Explet non vanos centum pater optimos annos.
Corpus tumba tegit, ſpiritus aſtra legit.
Ciuibus eſt lenis, viduis ſolamen egenis,
Par fuit Eugenio, plenus obit ſenio.
Stemma docet gentis ficus frons quina, virentis,
Par ſit longa Dei, parce Redempto rei.
Quid frondes niſi pæna? duo aſtra grauiſque catena
In campo croceo, nil memorans noceo.
Vita bona it ductus, tulit ad cæleſtia fructus.
Mortis, ob iſta, dies incipit eſſe quies.

Obiit S. Vir VViſtremirus Toleti in pace Dei 30. die Decembris era 895. Ora Virgo pro illo Sancta Maria.

858. 439 In principio ineuntis anni 858. eligitur S. Eulogius presbyter Cordubenſis, acta Toleti Synodo, Comprouincialium Epiſcoporum, cui quidem interfuerunt Venerius ſcilicet Complutenſis, Daphila Pontifex Oretanus, Mamila Valentinus, Lupus Carthaginenſis in Hiſpania Abibonſus Menteſanus, Garcea Bercienſis cum ſex Vicariis, & totidem Abbatibus. multi volebant Bonitum Archidiaconum, vt diuino acti ſpiritu 896.

Anno Domini. | Æra Cæſaris.

elegerunt vnanimi conſenſu prædictum S. Vi-
rum Eulogium Doctorem Cordubenſem: Ele-
ctus eſt 25. die Maii, quo die, Muzarabibus To-
letanis ſatis funeſto, capta eſt à Mauris, vel po-
tius recepta, pactionibus honeſtis Ciuitas Toleti,
ante circiter 440. annos. Succeſſit autem Eulo-
gius electione S. Pontifici VViſtremiro, qui
moriens eius commendauerat ſanctitatem, do-
ctrinæ, & animi robur, & alias admirabiles S.
Doctoris virtutes. Miſerunt ad eum oratores
Bonitum Archidiaconum, Oſoruium, Gunde-
ricum iudicem, & alios etiam præclariſſimos vi-
ros S Iuſtæ Muzarabes, Gomeſanum Barroſum,
& Menendium, item Iudicem Hermiſdum Que-
rini filium, omnes Muzarabes S. Iuſtæ.

859 440 Negociorum cauſa non potuit venire per 897.
totum illum annum à fine Maii vſque ad 11. diem
Martii, anno 859. die Sabbathi, quo paſſus eſt S.
Eulogius Cordubæ martyrium: quare cognita,
menſe Aprili cogitur iterum Synodus, & ſinè vl-
la difficultate eligitur S. Bonitus Epiſcopus To-
letanus, natione Gallus, Aruernenſis Ciuis, al-
terius Aruernenſis conſanguineus, qui pòſt pe-
tiuit Aruernos, & noluit intereſſe Concilio Cor-
dubenſi, in quo grauiter erratum eſt cōtra Sam-
pſonem Abbatem, vbi & ille Sampſon vir do-
ctiſſimus & ſanctiſſimus fuit. fecit apologeti-
cum quod ſeruatur in S. Iuſtæ Toletanæ Biblio-
theca.

863. 441 Petit Aruernos, ibi per annum prædicat, 901.



Anno Domini. | Æra Cæſaris.

& cappa cæleſti propter humilitatem, in æde S.
Michaelis donatur. Fuit alter Bonitus Aruernēſis
vir ſanctus, cuius memoria colitur 15. Ianuarii
hoc anterior 140. annis. & huius recentioris vi-
tam, plenam ſignis, ſcripſit Leander Abbas A-
galienſis, & alterius Ægydius & Gallus, qui ni-
hil de donatione cappæ cæleſtis meminerunt,
quia iunior donatus eſt poſt Ildefonſum fere 200.
annis. Galli duos, in vnum Bonitum, contrahunt.

442 Reuerſus S. Bonitus è Gallia ſanctiſſimè
866. (vti vixerat) moritur, ſepelitur in æde S. Iuſtæ, 903.
vbi anteceſſores eius iacent. Sepultus 25. die De-
cembris.

443 Leander Abbas Agalienſis vir eximius To-
leti floret.

444 Iulianus, Archipreſbyter Boniti, vir
miræ manſuetudinis, & prudentiæ ſuccedit S.
Bonito; præeſt ad annum Domini 875. mirè cō-
fortat, & animat Chriſtianos Muzarabes. ab illo
cogitur Synodus in defenſione Sampſonis cum
Concilio.

445 Omnes Toletani præſides à Iuliano ad
Paſchalem, monachi Benedictini, ex monaſte-
rio S. Siluani, vbi poſt receptam Ciuitatem, vel
prope fuit monaſterium S. Seruandi.

446 S. Iulianus Pontifex Toletanus interfuit
Concilio VVormacienſi, dum iret conuentum
Ludouicum Regem, vbi decretum eſt, vt, niſi
vrgente cauſa ineuitabili, nemini daretur baptiſ-
mus, niſi in peruigilio Paſchatis, quo Domi-

Anno Domini. nus, reſurrexit à mortuis; & etiam die Penteco- Æra Cæſaris.
ſtes. Idem interfuit octauæ Synodo generali.

[ De diebus Baptiſmo aſſignatis, & ſtatis, Ioſeph Vice-comes in Tractatu de antiquis Baptiſmi ritibus, & cæremoniis. lib. 1. c. 24. & 25.

870. 447 Bento Epiſcopus Cæſarauguſtanus, vel 908.
Auguſtanus auctoritate Adriani Papæ refert in numerum Sanctorum S. Magnum, in Oppido Luſitaniæ ad Fauſces. Scripſit autem hic vir Dei, eleganti ſtilo, contra Iconoclaſtas hæreticos.

448 Iuliano S. Toleti pontifice defuncto, in ſede Toletana ſuccedit Petrus Archidiaconus eius, qui Iulianum ad S. Iuſtam Toletanam Metropolim eleganter (vt illa tempora ferebant) compoſuit, & appoſuit eius viri ſanctiſſimi memoriam, & carmen.

878. 449 Mortuo Petro in eadem ſede, temploque 916.
cum lacrymis ſepulto, qui fuit vir pius, & conſolabatur egregiè Chriſtianos Muzarabes contra illuſiones, & oppreſſiones Maurorum dominantium. Succedit Ioannes *ille* Oſcenſis, vel Lotu- F. ill.
cenſis prope Carthaginem, & Cantor Eccleſiæ Toletanæ, & inſignis præco verbi Dei, largus in pauperes in ſede Toletana.

[ *Cum lachrymis ſepulto.* ] Formulâ antiquâ. Vide eruditiſſimam diſſertationem noſtri doctiſſimi Chiffletij de *Cantoris* Officio. Doct. Salazar de Mendoça, in vita S. Ildefonſi fol. 12.

450 Hoc Pontifice tranſlatæ ſunt reliquiæ S. Obduliæ, & Martyris Palma Toletum, quæ paſ-



Anno Domini. ſa eſt ſub Iuliano, & tempore primæ captiuitatis Æra Cæſaris.
allata fuerat Palmam, præſente vero Ioanne Toletano relatæ ſunt eius reliquiæ, & cum magno honore à Toletanis ſuſceptæ 5. die Septembris.

[ Martyrol. 5. Septemb. 1. vbi de Sanct. Obdulia.

883. 451 Sub hoc Pontifice Dulcidius preſbyter 921.
Toletanus ex Berta Oſorii Sorore frater, Deſiderii presbyteri Orator miſſus eſt ad Regem Legionenſem, & ad Regem Cordubenſem, quia rectè ſciebat Arabicum.

452 Silua præclarus habetur Agalienſis Abbas in oppido Parmis *Pruſæ*, vel Cluſæ, in Carpetania, nunc *Ciruelos*, Raimundus Paſtor patria Metelinenſis, Luſitanus, & opinione ſanctitatis, & illuſtrium ſignorum, clarus habetur, cui erexerunt Ciues Prunitani in loco Tago proximo Eremitorium. Celebratur ab antiquo tempore eius dies 3. die Paſchatis Domini.

886. 454 Ioannes fuit Epiſcopus Toletanus, cui 924.
ſucceſſit ſeruus Dei Archidiaconus Toletanus, eiuſdem Ioannis vir bonus & pius. Ioannes ſeruus Dei vixit in Pontificatu ad 888.

455 Succeſſit ſeruo Dei Toletano Pontifici Orontius, vir miræ vitæ magnæque doctrinæ, qui multum iuuit Muzarabes captiuos, à Paganis mirum in modum afflictos.

456 Argimirus Metropolitanus Bracharenſis 938.
interfuit conſecrationi templi Ouetenſis, & etiam Compoſtellani.

*Anno Domini.* 457 Oſtinus ſanctus vir, & Epiſcopus Aucenſis interfuit Concilio Ouetenſi. moritur in tractu VViuarienſi (nunc Viuar) Didaci Roderici Campiatoris, dicti patria. Relatus eſt in catalogum ſanctorum. Agitur eius dies 30. die Iulij. *Æra Caſaris.*

458 Marinus, & Romanus, natione Galleci, in Hiſpania, mittuntur ad Adefonſum Legionenſem Regem, & à Ioanne Papa Romenſi venientes Legionem, comiter excipiuntur à Rege.

459 In conflictu cum Mauris Talaueræ, vel Elboræ, in Carpetania, non procul Toleto, multi Muzarabes Toletani cæduntur, & inter hos Oſorius Gunderici Iudex Muzarabum Toleti, relictis filiis Lupo Oſorii, & Gundiſaluo Oſorii, qui poſtea fuit Epiſcopus Conimbricenſis, vir ſanctus, & niſi Deus prouidiſſet, vt qui ſub Mahometo Aben Lupi erant Toleti, Chriſtiani, Muzarabes fortiter ſe geſſiſſent contra Mauros Talauerenſes, omnes ad vnum ea die periiſſent.

460 Romanus Papa Galuienſis Hiſpanus, 4. menſes ſedet in ſolio S. Petri ex presbytero Cardinali, qui cum legatus eſſet in Hiſpania, attulit ex Galletia multos equos Galletianos, eoſque Papæ Ioanni poſcenti obtulit.

461 Per quoſdam monachos Gallos allatum eſt corpus S. Abbatis Abelardi, vel Geneſij, ad littus Carthaginenſe ex Corbera antiqua eius domo S. viri Abbatia.

462 Conſecratio Epiſcopi Ouetenſis in Ar-



*Anno Domini.* chiepiſcopum Ouetenſem facta eſt ex conſenſu Toletani. *Æra Caſaris.*

463 Feſtum S. Iacobi Zebedæi filii, quod à tempore Apoſtolorum in Hiſpania ſemper fuit celeberrimum, nunc cum maxima lætitia in Compoſtellana, & Toletana Eccleſia lætum agitur.

464 Mortuo S. Pontifice Toletano Oroncio & in Eccleſia S. Mariæ inferioris, vel de Alficen,
906. ſepulto, ſuccedit ei Blaſius vel *Vaſiolus* ad annum *F. Blaſiolus.*
926. ſub Abderrahamam Almanſoreque gubernantibus decenter. 944.

910. 465 Blaſius concilium contrahit hoc anno in vrbe Toletana. Conueniunt autem ad illud Epiſcopi, videlicet, Egas Valentinus, Andreas Emeritenſis, Theodomirus Bracharenſis, Adelphius Elborenſis, ex Carpetaniis & alii numero 30. Agitur de reformatione Cleri, & de Officii mutatione. Fuit hoc Concilium fere nationale. Florebat hoc tempore Fabritius Abbas SS. Fabritii, & Filiberti in Oppido Titulera, nunc Baiona, & Concilio interfuit. 948.

920. 466 Florebat hoc tempore S. Tecla Virgo Monialis Benedictina in Oppido Vacceorum Conchæ Camporum. 958.

926. 467 Hoc anno S. Blaſius Toletanus pontifex, aliis dictus *Baſilius*, moritur Toleti. ſuccedit Viſitanus eius Archidiaconus. Sedet in ſede Patriarchali annis 20. 966. *Legendum Bleſiolus vt ſu. n.* 464.

930. 468 S. Cyriaci corpus inuentum à Galleciis 968.

*Anno Domini.* ex Hiſpania inuentum eſt Niuernis ab Vchalto *Æra Cæſaris.*
anno 930.

469 Rex Toleti Mezquitam maximam ampliauit, & multis precioſiſque marmoribus exornauit.

500 Siluanactus Epiſcopus Bracharenſis, & Floreſindus Aurienſis, ad quos viuens *Baſilius* *Forte Blaſiolus vt num.*
Toletanus ſcripſit, florent opinione doctiſſimorum, & ſanctiſſimorum Pontificum.

940. 501 Marinus Diaconus miſſus eſt à Ioanne ad 464.
Ouentenſem Regem, qui libros Gothicos eximios 978.
Catholicos inuenit Viſitanis. Clarus habetur doctrina & vitæ ſanctimonia: qui coëgit Concilium Toleti ad inueniendum remedium ne Muzarabes Toletani, imo totius Hiſpaniæ Sarracenis coniuncti, illorum ceremoniis communicarent.

946. 502 Viſitano ſanctè defuncto, & in æde S. 984.
Iuſtæ ſepulto, ex conſilio Metropolitanorũ & comprouincialium Epiſcoporum datur ſucceſſor Ioannes, cognomento ſeruus Dei, vir egregiè probus, & honeſtis moribus præditus, qui Melodius fuerat in Eccleſia Toletana, homo grandæuus, & charitatis ardore plenus, ſedet autem annos 10.

503 Electus erat autem Bonitus 3. ante hunc, ſed non inierat pontificalem dignitatem; ſub hoc fuit ſubdiaconus Eutrandus, vel Luithprandus Archidiaconus Ticinenſis, hiſtoriarum ſcriptor, haud ignobilis, & pariter poëta excellens.

504 S.



*Anno Domini.* 504 S. Liberata virgo, & Martyr floret in *Æra Cæſaris.*
Luſitania.

505 Florebat per id tempus, & Toleti preſbyter Traſemundus, poſt Illiberitanus Epiſcopus, vir ſanctus, ad quem Eutrandus ſcripſit ſubdiaconus Toletanus, pòſt Ticinenſis Diaconus, & ipſe etiam ſcribit.

506 Floruit etiam Toleti Lupus Oſorius Alcaldus Muzarabum, qui perſequebatur Muzarabes, qui in terra Maurorum apoſtatauerant, vocans eos infames, & viles; nullo modo patiebatur in numero teſtium recenſeri.

507 Per hoc tempus multi Martyres in Hiſpaniam, tametſi nonnulli dicantur degeneraſſe. de qua re extat Epiſtola elegantiſſima, & zelo, ac feruore fidei Catholicæ plena, quam ſcripſit Ioannes ſeruus Dei Patriarcha totius Hiſpaniæ, Archiepiſcopus Toletanus ad omnes totius Hiſpaniæ Muzarabes, quæ incipit: *Multorum relatione.* Scripſit etiam idem Ioannes ad Alanum Papam, cui reſpondet Papa Alanus Hiſpanus, miſitque ad eum Legatum Agapetum, obiitque ſanctiſſimè Toleti, iacetque apud S. Lucam, poſuitque illi Latinum Epitaphium Archidiaconus primarius Viſitanus pòſt verò Archipreſbyter, vir optimus, & magnæ doctrinæ.

964. 508 Succeſſit S. Ioanni viro Dei in ſede Patri- 1002.
archali Toletana Vincentius Ioannis Archidiaconus, vir magnarum virtutum, & ſpiritus, ſedet ad annos 973. Theodomirus Abbas Aluen-

P

Anno Domini. — Æra Cæsaris.

denſis S. Benedicti floret.
509 Hoc anno Baſilius Romanus, Romani
Imperatoris filius, notus deuotione peculiari
imaginis non manufactæ, aliam ei ſimilem ad-
fert in Galletiam, prius penetrat, illucque duxit
vxorem Mariam Temen, ſeu Temes, Gallecam,
Martini Temes Dominam domus, à qua ve-
nerunt Toletum Romani viri primarij, nobi-
leſque.
510 Hymnus, *Salue Regina Mater miſericordiæ*,
Græcè ab Apoſtolis compoſitus tranſlatus eſt de
Græco in Latinum à ſanctiſſimo viro Petro Epiſ-
copo Compoſtellano.
973. 511 Felix ſucceſſit Vincentio in patriarchali ſe- 1011.
de Toletana, Cantor, vir egregiè peritus, na-
tus Toleti, & à puero in Eccleſia S. Iuſtæ nutri-
tus, ſepelitur Vincentius in æde S. Torquati E-
piſcopi, & Martyris, & ibi poſuit illi carmen ſe-
pulchrale Felix.
512 Hoc anno moritur Mageriti, quod à qui-
buſdam falſo dicitur, Mantua Carpetanorum,
Iſidorus Agricola, vir pius, & charitate feruens
28. Nouembris, viuens, mortuuſque miraculis
multis celeberrimus, & in tota Hiſpania clarus.
513 Eodem anno venit Toletum Eutrandus
ſubdiaconus, qui alias ibi fuerat nobilis Hiſto-
ricus: nec multo poſt moritur, in Eccleſia S. Iuſtæ
honorificè à Felice ſepelitur.
978. 514 Hoc anno S. Celſus Epiſcopus Treueren- 1016.
ſis, priùs Epiſcopus Toletanus, inde profectus



Anno Domini. — Æra Cæſaris.

ad vrbem Treuerenſem, ibidem claret miracu-
lis ad ſuperos relatus.
988. 515 Blaſius ſuccedit Felici in ſede Toletana, 1026.
Archidiaconus Compoſtellæ. Floret S. Petrus
Eremita.
516 Ioannes Hiſpali floret, poſt Epiſcopus To-
letanus. Amalaſuntus qui obiit anno 988. de ge-
nere Barraſorum, miſſus à Leone Abbate, cuius
Monachus fuit Agalienſis.
517 Floret memoria S. Petri Monachi Bene-
dictini, Epiſcopi Compoſtellani, in diuos relati.
colitur 10. Septembris.
1004. 518 Blaſius Archiepiſcopus Toletanus exul 1042.
Toleto (neſcitur cauſa dicti exilij) conſecrat Ec-
cleſiam Conimbricenſem.
1005. 519 Blaſius reuerſus ab exilio moritur hoc an- 1043.
no Toleti ſanctè, ſepeliturque in æde S. Sebaſtia-
ni, poſuit illi carmen Cyprianus, eius diſcipulus,
vt Blaſius Monachus Agalienſis.
1006. 520 Hoc anno Cyprianus Epiſcopus Toleta- 1044.
nus de hac vita ærumnoſa tranſlatus eſt ad vitam
meliorem. Sepultus eſt ſuo in cœnobio Agalien-
ſi. Succeſſit illi in ſede Toletana Vincentius vl-
timus Abbas Agalienſis.
521 Hoc anno monaſterium Agalienſe vehe-
menti quadam inundatione Tagi dirutum eſt,
nec amplius à Toletanis Muzarabibus ædificatũ.
Monachi huius Monaſterii ſe contulerunt ad cœ-
nobium S. Felicis, Tagi decurſibus impendens,
ſic finiuit illa domus, illa quæ fuerat ſanctitatis,

*Anni Domini.* | *Æra Cæſaris.*

& religionis officina, & per pluſquam 450. annos tot Archiepiſcopos patriarchali ſedi dedit, & tot ſedibus contribuit Epiſcopos, tot etiam doctores toti Hiſpaniæ, & Galliæ quondam Narbonenſi, ex quo velut ex equo Troiano tot viri ſanctiſſimi, doctiſſimique certatim prodierunt.

522 Vincentius Toleti Concilium contrahit, in quo legitur B. Bedæ homilia in laudem B. Iacobi Zebedæi filii, quæ incipit *Quoniam B. Iacobi*, &c. Agebatur de eius feſto vbi Geruntius Epiſcopus Complutenſis cum aliis Epiſcopis, & multis Abbatibus interfuit, actum ibi de rebus grauiſſimis.

523 Vxameburg, quod nunc oppidum Burgum Oſinæ dicitur, S. Bienerus ſolitarius colitur 11. Aprilis. Toleti regnat Abdala iuuenis eleganti, & præſtanti præditus ingenio, venuſta facie, verè regni digna ſolio.

524 Abdala Rex Toleti interueniente Vincentio Archiepiſcopo Toletano, mittit Gerontium Archidiaconum Toleti, & Muſtafan Morabitum ad Regem Adaphonſum iuuenem, imò puerum paruulum, & ad eius pædagogum, & ex Muzarabibus iuere cum eis Menendus Gundiſalui, Aluarus Lupi, Munio Gudielis, petentes vt ſecundum voluntatem Regis, & eius ſororis, Tharaſiam ſororem darent vxorem ſibi. Gerontius gerebat in mandatis ex parte Archiepiſcopi clanculum diſcinderent hoc matrimonium, adeo



*Anni Domini.* | *Æra Cæſaris.*

pernicioſum, & peioris exempli quam vnquam fuerat; palam enim non eſt auſus regi obluctari, ne iuberet occidere omnes Muzarabes Toletanos, ſi forte vellet obſiſtere. Fecit Archidiaconus vt ei iuſſum fuerat, & nihil omnino profuit.

1008. 525 Interim moritur Vincentius, & clerici ſpe- 1047.
liuerunt eum in Monaſterio, quod Agalienſi ſucceſſit S. Felicis: Mox venit Gerontius, & ex electione metropolitanorũ Toletum confluentium, eligitur in Epiſcopum Toletanum. Fuit vir pius & doctus, & magni ſpiritus. Venit interea infans Tharaſia, & regaliter excipitur ab Archiepiſcopo, induto veſtibus ſacerdotalibus & mitra, tunc primum inuenta, cum Geruntio Epiſcopo Complutenſi, & Iuliano Archidiacono, & alijs Muzarabibus, & Sarracenis. Occurrunt per duas leucas Abdala Rex, & in Regia, non procul ab Eccleſia, quæ nunc eſt S. Andreæ, excipitur. Eam Archiepiſcopus inuiſẽs cõſolatus bono iubet eſſe animo, & ne cõſentiat cum Mauro, præſertim cum Deo vouiſſet virginitatẽ, vehementer animat. Illa quæ prudens erat virgo reſpondet, ſe libentiſſimè parituram eſſe illi.

Abdala die nuptiarum 4. Kalendas Aprilis demulcet Tharaſiam lachrymantem, & ea conſtanter monet illum ne ſibi vim inferat, quoniã priùs Chriſto vouiſſet virgnitatem ſuam, ille nihilo factus timidior illis verbis virgini nolenti vim infert, & ſtatim ab Angelo Dei percutitur. Rex

*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

Abdala diuinitus percuſſus vocat Archiepiſco-
pum & iubet virginem corruptam Legionem re-
ducat, & multis illam ornat muneribus, ac pre-
cioſis ſupellectilibus, & comitantibus multis
Maurorum, & ſelectiſſimis viris Muſarabum Le-
gionem reducitur.

1010. 526 Sanctus Rex, eſt deuotiſſimus B. Mariæ & 1048.
Sanctis Galletiæ.

527 Abdalæ Regi Toleti infeliciter mortuo
ſucceſſit Iacobus Iacobo Adafax in Regno Sarra-
cenorum.

1020. 528 Viri militares Toleti florent & generis 1058.
præſtantia, & rei militaris peritia, Muzarabes, &
Palatini Regis Iacobi, cum quibus conſulit res
magni momenti, eorumque conſilium Sarace-
norum conſilio præfert.

529 Gerontius Epiſcopatum ſuum inuiſit, Mu-
zarabes ſui pontificatus animat, vt conſtantes ſint
in medio periculorum. Veruntamen hortati eiuſ-
modi viſitationibus (vt ex libris earum intelligi-
tur) frequentes fuerunt ſub iugo Sarraceno-
rum.

530 Epiſcopi Metropolitani frequenter in rebus
dubijs, & grauibus, quæ illis occurrebant, ad ſe-
dem Toletanam recurrunt.

1036. 531 Moritur Toleti Gerontius plenus dierum, 107
& bonorum operum, ſepeliturque in Eccleſia S.
Marci, & illi poſuit carmen ſepulchrale Zacha-
rias, qui ſucceſſit illi in ſede patriarchali Toleta-
na, Monachus S. Felicis Benedictinus de ſuffra-



*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

gio comprouincialium.

532 Clemens electus Hiſpalenſis ſub perſecu-
tione Almohadum (alij priori ſeculo iſto ſcilicet,
hunc produnt) ad Africam omnes cum Arabibus
Muzarabes Chriſtianos in Hiſpania viuentes in
Beticam videns traduci, venit in Carpetaniam,
Toleti commoratur, Elboram in Carpetania,
vel Talaueram, demigrat, ibi ad annum 1040.
clarus miraculis degit, quem etiam Deus poſt
mortem ſignis, & prodigijs cohoneſtat, ſepeli-
tur Elboræ in æde S. Leucadiæ Muzarabum.

1037. 533 Moritur Toleti S. Pōtifex Zacharias. Sepe- 1075.
litur in æde S. Iuſtæ, poſuit ei carmen ſepulchrale
archidiaconus eius Zenapolius, vir apprimè re-
ligioſus.

1038. 534 Hoc anno venit in Hiſpaniam S. Grego- 1046
rius Epiſcopus Oſtienſis miſſus à Benedicto 8. Pa-
pa, anno, 6. ſui Pontificatus.

535 Zenapolio Toletano ſucceſſit Iulianus ex
Archiadoco doctor, & ſcriptor ſacronum Con-
ciliorum. Fuit priùs Archiepiſcopus Bracharen-
ſis, mox Toletanus. Moritur hoc anno, & ſepeli-
tur in æde ſacra S. Eulaliæ Toletanæ, cum multis
lachrymis.

1040. 536 Succeſſit illi in ſede Patriarchali Toletana 708.
Dominicus Iuſtus, qui negotiorum cauſa profe-
ctus Papiam vrbem Italiæ, cum amico Luſitaniæ
(vt dicitur Archiepiſcopo Bracharenſi) vbi fa-
cto fine quieſcit in hac vrbe. Agitur eius dies na-
talis pridie Idus Iulij.

*Anno Domini.* 537 Succedit illi in ſede Patriarchali Toletana *Æra Cæſaris.*
Saluiatus Archidiaconus S. Viri Iuliani, vir egregius, concionator, & zelo domus Domini pro Muzarabibus vehementer inflammatus.

538. 538 Hoc tempore Toleti fulſit inſigni pietate *Su. n. 617.*
in captiuos Chriſtianos Caſila Almenonis Toletani Regis Sarracenorum filia, quam ob inſignem amorem caſtitatis, & benignitatem in pauperes miraculis inſignibus Deus conſolatus eſt, &
Nunc *Burueba.* ad *Burebam* deuectam conuertit ad fidem.

[Vide n. 539. & 617.

1050. 539 Moritur Toleti S. Pontifex Hiſpaniarum 1086.
Patriarcha Saluiatus II. qui ſucceſſit Saluiato primo. vixit ad ann. 1048. ſepelitur in ſacrario S. Iuſtæ Toletanæ. Poſuit illi carmẽ ſepulchrale, & diẽ obitus 14. Kal. Octobris Paſchaſius Epiſcopus Complutenſis qui interfuit Concilio Toletano ſub Saluiato. Pòſt factus eſt Archiepiſcopus Toletanus.

[Vide n. 538.

1055. 540 Succeſſit illi in ſede Toletana patriarchali 1093.
Paſchalis Epiſcopus Complutenſis, ſeu Guadalagarenſis. Sub hoc floruit Salomon doctor, & ſcriptor ſacrorum Conciliorum, vir præſtantis ingenii, & in dandis conſilijs mirus.

1060. 541 Obijt Toleti Aluarus lupi rectiſſimus Alcaldus Muzarabum, relictis filijs Michaele Aluari, & Diago Aluari. 1098.

542 Hoc



*Anno Domini.* 542 Hoc anno veniens ad Hiſpanias Sigefridus *Æra Cæſaris.*
Abbas Fuldenſis, vt inuiſeret diui Iacobi corpus ſanctiſſimum, factus eſt Archiepiſcopus Bracharenſis. Fuit Toleti ſub Pontifice Toletano Paſchali. poſt reuerſus in patriam creatur à clero populoque Moguntinus Epiſcopus.

3. 543 Toleti fouet, & amanter excipit Adefonſum Regem Legionis, egreſſum à Cœnobio SS. IIII.
CHRISTI Martyrum Facundi, & Primitici ad ſe venientem Almenon Rex Toleti, cum quo Rex multa conſulit, eumque loco fratris ac conſultoris habet, illumque facit ſui exercitus Ducem.

544 Petrus Anſurius, & Comites Regis Adefonſi frequenter adeunt ipſum Paſchalem Archiepiſcopum, ad eumque frequenter Viracæ principis literæ veniunt pro fratre Adefonſo qui viuebat in hortis, domoque dicta Pauonum, ſub arce prope ſacram ædem S. Mariæ de Alficem, fuit autem chariſſimus Regi Almenoni Petrus Anſurius.

545 Sub eodem Pontifice Rex Sanctius ad Zomoram vrbem à proditore Ataulpho Vellito Dolphio miſerabiliter occiditur, quam rem Adefonſus conſilio præſulis Toletani Paſchalis, & Rabbini Salomonis, doctiſſimi, amici quoque Paſchalis, patefecit conſcio Almenoni.

546 Rex Adefonſus perforatus manum comitante Paſchali Toletano Legionem petit, honorificè à ſororibus Vrrcaca, & Eluira cæteriſque

Anno Domini. palatinis, Legionis, & Nauarræ excipitur. Æra Cæſaris.
547 Paſchalis poſtquam Legione reuerſus eſt,
1075. ſanctis incumbit operibus, & poſt ſanctè com- 1113.
poſiteque diſcedit: re tamen prius cum Adefonſo
communicata, de Vrbe obſidenda Toletana &
cum multis lachrymis Muzarabum in Eccleſia,
quæ iam iterum erat Cathedralis S. Iuſtæ ſepeli-
tur. Dicebantur quidem, & ante hæc tempora
Toletani Pontifices S. Iuſtæ Epiſcopi, interdum,
& Toletani pontifices, quia in ea Eccleſia potiſ-
ſimum illi reſidere ſolebant.

1079. 548 Hoc anno eligitur, loco ſapientiſſimi Præ- 1117.
ſulis Paſchalis, Petrus eius Archidiaconus vir
egregiè iuſtus, & benemeritus.

549 Hoc eodem anno 5. die Aprilis Rex Ade-
fonſus ſextus, vaſtat, & depopulatur ſata, arbuſta,
vineas, & hortos vicinos Toleto, & obſidet vn-
dique Ciuitatem.

550 Hoc anno 18. die Maij moritur S. Grego-
rius Epiſcopus Oſtienſis, non procul Lucronio;
Dum vrbs obſidetur erāt Toleti viri nobiles Mu-
zarabes Chriſtiani, ex quibus Petrus Gomeſani
Barroſi Epiſcopi Petri cognatus, & Adefonſus
Garcia frater Garciæ Alphonſi Portocarreri (Pa-
ter Ferdinandi fuit) manu conſilioque præſtan-
tes, qui egreſſi ſunt ad Oppidum Oleas ::: Leu-
cas Gallicas Toleti diſtans, ad diſſuadendum Re-
gi Adefonſo 6. obſidionem Toleti: cum quibus
iuit Aluarus Didaci Alcaldus Muzarabum Tole-
ti, filius Didaci Aluari, olim Alcaldi Muzarabum



Anno Domini. Toletanorum, & afferebant Epiſtolam Epiſcopi Æra Caſaris.
Petri quæ extat in memoriis Tabularii S. Iuſtæ,
Latinè ſcriptā quam linguā rectè callebat Rex A-
1080. defonſus; nil tamen obtinuerunt à Rege. Nā Rex 1118.
natura ſua tenax incepti, vehementius & fortius
vrbem obſedit, inuocauitque vrbis patronos ad
ſuam opem S. Marcum. Marcellum, Eugenium
S. Iulianum, S. Tyrſum Martyrem Ciuem Tole-
tanum Obduliam, & Martianam Martyres To-
letanas, & ſanctum Gumeſindum eiuſdem Vrbis
Lazuſta. Ciuem, Cordubæ tamen paſſum, & Vincentium
& Lætum Ciues Toletanos paſſos Libiſoſæ, & pa-
tronos totius Hiſpaniæ Facundum, & Primitium
S. Quitericam ad Margelizam in agro Toletano
paſſam eiuſque ſorores octo, & alios.

1081. 551 Petrus Toletanus ex Complutenſi Epiſco- 1119.
po præſul, acceptis & miſſis literis de multis ad-
monet Regem Adefonſum.

552 Petus Toletanus Archiepiſcopus dictus E-
piſcopus S. Iuſtæ ſenio, & ærumnis cōfectus mo-
ritur Toleti ſub finem anni, vacatque ſedes, quia
non potuerunt venire Toletum Epiſcopi Metro-
politani, quorum intererat eligere propter ar-
ctam obſidionem.

1084. 553 Sub hæc tempora Toletani mittunt orato- 1122.
rem ad Regem Adefonſum, ne intermittat obſi-
dionem Toletanam, Petrum Gomeſanum Bar-
roſum, & vna cum illo Aluarum Didaci Alcal-
dum Muzarabum, quibus benignè reſpondit da-
turum operam, vt illos à grauiſſimo diuturnoque

Anno Domini. — Æra Cæſaris.

captiuitatis iugo liberaret, & ſanctiſſimæ Virgi-
nis ſacrum Domicilium, terramque tot Marty-
rum ſanguine madefactam aſſereret.

1085. 554 Atque ſub hæc tempora glorioſiſſimus 1123.
Imperator Adefonſus, & ſemper magnificus
triumphator, Vrbem Regiam obſidebat. Ego
tunc etiam pro Archiepiſcopo Vicarius in ſede
vacanti excubabam: & audiui quod Rex Ade-
fonſus conſulebat Domnum Apoſtolicum diſ-
ponendo pro Epiſcopo Toletano Sanctio co-
gnato ſuo, qui ſciebat parum in litteris, & vole-
bat eius Cathedralem vel potius Archiepiſco-
pum facere in Alficem, ſed Sancta Romana Ec-
cleſia non illum admiſit, nec voluit Dominus
Apoſtolicus quia neſciebat literas, niſi vt ſi-
gnaret Rex Adefonſus virum literatum & San-
ctum.

555 Per hæc tempora dum reuoluerem tabula-
rium S. Iuſtæ reperi tres Epiſtolas in Hebræo, Ara-
bico, & Latino, quarum altera erat Iudæorum
Hieroſolymitarũ ad Hebræos, & Hiſpanos præ-
cipue Toletanos, vt ſuffragarentur in morte
CHRISTI Saluatoris, de quibus poſtea. Ibi
de fundatione Toletanæ Ciuitatis, & vt capienda
fuit à Mauris, & à quodam Rege Legionis Ade-
fonſo dicto reſtituenda.

556 Toletum Ciuitas Regia ab Imperatore
Hiſpaniarum Adefonſo recipitur ſub his condi-
tionibus; vt Mauri, qui remanere vellent To-
leti, remanere liberè & tutè poſſent: & qui ire



Anno Domini. — Æra Cæſaris.

Valentiam mallent, id etiam poſſent: Quod
Mezquita Maior pro Mauris remaneret: Chri-
ſtiani, qui habitare Toleti vellent, idem Tribu-
tum Imperatori ſoluerent, quod Regibus Sarra-
cenis ſoluere conſueuiſſent: Regis eſſent tres
portæ, & arces Ciuitatis.

557 Capta vero Ciuitas eſt die Dominico 25.
Maii, in die ſacro S. Vrbani Pontificis, &
1085. Martyris æra 1123. anno verò CHRISTI 1085. 1123.
poſt 366. à captiuitate eodem ipſo prorſus die,
vt colligitur ex priuilegio dicto, quod idem
Imperator Sanctæ Eccleſiæ Toletanæ dedit
15. Kalendas Ianuarii Æra 1124. anno videli-
cet Natiuitatis Domini noſtri IESV CHRI-
STI, 1086.

1086. 558 Ipſo anno Bernardus Abbas S. Facundi or- 1124.
dinis Benedictini ex monaſterio Cluniacenſi
vocatus ad Hiſpanias à Rege Adefonſo, poſt
electus Toletanus Archiepiſcopus à Rege, ab-
ſente Rege, qui ipſo die profectus fuerat Legio-
nem, iubente Regina Conſtantia Mauris per
vim prima nocte Mezquitam Maiorem abſtu-
lit, fecitque reſtitui ab Epiſcopo altera die, pro-
pter Maurorum ſpurcitiem, & ſub altare Ma-
iori fecit fabricare Baſilicam S. Sepulchri. pòſt
24. Ianuarii anno 1086. Rege reuerſo, poſt
mortem Reginæ, Pontifici cæteriſque coad-
iutoribus interminante bonoque animo Mau
ros eſſe iubente, quod ad Oleas oppidum ei oc-
currerant.

559 Duobus annis poſt receptum a Mauris Toletum exercitus ab Ali miſſus obſedit Toletum ex ea parte, vbi olim erat Eccleſia S. Seruandi, vbi Imperator Adefonſus ædificauerat Caſtellum S. Seruando dicatum. Sed Sarraceni virtute Muzarabum & præſidiariorum militum fugati ſunt.

600. Adefonſus Imperator benignè excepit Aluarum Didaci Alcaldum Muzarabũ, qui milliaria itinerum, ad eum vſque diem ſignata more Romano, leucis Gallicis ſignauit.

601 Magna lis inter Muzarabes Toletanos, & Francos milites orta eſt ſuper miſſali Gothico, volente Rege vt mutaretur pro Romano. Res ad pugnam deducta eſt, pugnante promiſſali Gothico Ioanne Roderici a Matienco; & Ordonio Inachi pro altera parte, ſub Iudicibus Petro Gomeſano Barroſo, Petro Aluari Munioſio Adefonſi, Petro Iuliani de domo Toletanorum equitum Muzarabum. Pugnatum eſt ad Palatium S. Leocadiæ ſuburbanæ, in prætorio extra vrbem, vterque ſe fortiter geſſit tota Ciuitate & Rege, & Regina, & Electo ſpectantibus. Tandem vicit Ioannes Roderici, & cum gloria plauſuque laureatus recipitur in Cathedrali S. Iuſtæ antiqua, quem ego Iulianus peccator Archipreſbyter obuijs vlnis & lachrymabundus excepi, acclamentibus vniuerſis Muzarabibus. *Vocit Chriſtus, & ſacrum officium Iſidorianum. adiuuat Chriſtus precibus SS. Muzarabum.* Nec Rex hoc prodigio voluit acquieſcere. Sed reducta eſt ad vulgarem probationem. Nam eiectis in ignem miſſalibus, proſiliit Romanum, & diſcompaginatum ſparſis volat quaternionibus, & Iſidorianum manſit illæſum in mediis flammis quo ſignificatum eſt manifeſte placere Deo vt Romanum diſpergeretur per totum orbem, & Gothicum maneret Toleti: Sic decretum eſt vt maneret in ſex Eccleſiis Gothicis quæ ſemper Deum coluerunt omni tempore; Hæc vulgaris probatio facta eſt ante fores S. Mariæ Maioris quod probauit Papa. Nam in æde S. Iuſtæ conuenientibus Muzarabibus ſuper quendam deſcendit Columba, & ſedit ſuper caput ejus, vnde vocatus Colũbanus vel Palomeque vulgo & hic cum aliis iuit Romam.



602 Cum adhuc Toletum eſſet ſub poteſtate Regum Maurorum, Rege Hiſpaniarum, & magno Imperatore Ferdinando Creſcentius Ceretanus venit Toletum rediens de curia dicti Imperatoris. Qui Creſentius erat de nobiliſſima ſtirpe Caietanorum: atque Toleti duxit vxorem, Dominam Albertam, vxorem Petri Aluari filiam, Aluari Didaci ficulnei, ex quo matrimonio natus eſt Ioannes, qui baptizatus eſt à Paſchaſio Toletano Pontifice. Illo ſcilicet Creſentio reuerſo Caietam, creuit Ioannes gratia, & ætate apud Deum, & homines, & ingreſſus eſt (vt adoleſcens) monaſterium montis Caſini, & fit magnus religioſus ſub Oderaſtro Abbate, viro ſan-

*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

ctiſſimo, ſub Vrbano 2. Papa, & factus eſt poſtea Cardinalis S.E R. in Coſmedim. poſtea fit Gelaſius Papa 2. Poſt hæc electi ſunt qui irent Romam Petrus Aluari & Didacus Sanctij filj Sãctii Pincernæ Adefonſi Imperatoris, cui cum aſsideret in humero dextro veſtito veſte Venetica palumba alba, dictus eſt Palumbanus, vulgo Palomeque, qui fuit caput Illuſtriſsimæ gẽtis. Abeuntibus illis Romam interuentione Ioannis Cardinalis factum eſt vt Papa cenſuerit vt remaneret Miſſale Muzarabum vel Gothicum, vt dictum eſt in ſeptem Eccleſiis Toleti, in aliis Romanum; poſt facta eſt pax Toleti, & reædificatæ ſunt ibidem ædes Eccleſiæ, quæ erant tempore Gothorum, & Imperator voluit vt in Eccleſia maiori fieret ſacellum S. Marinæ, vel Margaritæ Amphilochenſis, vt eſt in Gallecia. Hæc vna fuit de 9. ſororibus.

1098. 603 Floret Toleti fama S. Gerardi, quem cum 1136. aliis rediens Roma de Gallis ſecum tulit diuus Bernardus, primas Hiſpaniarum. Fuit autem Gerardus monachus Cluniacenſis, Cantor primus S. Eccleſiæ Toletanæ, & dum in Gallia, & in Hiſpania viſeret monaſteria ſui ordinis, electus eſt Archiepiſcopus Bracharenſis, qui viuens, mortuuſque clarus fuit multis miraculis, quem ego cognoui, & ſuauiſsima eius conſuetudine, ſanctoque alloquio frui merui. Fuit vir procero corpore, vultu graui modeſtoque, facie venerabili incana, & parum capite caluo, oculis cæſiis,

vultu



*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

vultu prolõgato & macilento, naſo aquilino, fuit eximius in dicẽdo cõcionator feruens, alacer. Cepit Pontificatum Bracharenſem anno 1099. Obijt anno 1109. nonis Decembris hora 4. noctis. Vixit in Pontificatu annos 9. menſes 2. dies 11. Conſecratus in templo maiori S. Galeſiæ Bracharenſis 26. Septembris. Statim poſt mortem cœpit eum vt ſanctum celebrare Diuus Bernardus Archiepiſcopus Toletanus R. E. legatus, credo cum authoritate, quam habuit a ſede Apoſtolica. Illi fecit Toleti funerariam pompam vt ſancto, & anniuerſario die habuit egregiam concionem ad populum Toletanum. ſumpſit thema: *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis.* Quam ego Concionem audiui, & ex eo tempore cœpit in hac Eccleſia Toletana celebrari.

1110. 604 Hoc anno, vltimo die Iunii moritur To- 1148. leti Maximus Imperator Adefonſus 6. cognomine, relicta regnorum ſuorum hæreditate Vrracæ filiæ, quondam vxori magni Comitis Raimondi, & fertur ad ſepulchrum quod viuens Rex elegerat in Cœnobio S. Facundi.

605 Ædificatur monaſterium S. Fructuoſi, Segobienſis Eremitæ & Martyris à diuo Bernardo Toletano.

606 Dominus Calixtus Papa, cum eſſet in minoribus conſtitutus, ſcripſit vitam & miracula S. Iacobi.

607 D. Bernardus Archiepiſcopus Toletanus fecit quoque ſermonem ſuper canticum, *Magni-*

f

*Anno Domini.* ficat, & alios quinque ſuper, *Salue Regina*, qui *Æra Cæſaris.*
Domino Bernardo Claræ vallis nouitio, abbati
falſo inſcribuntur. Ego enim habeo ſcriptos de
manu ipſius D. Bernardi, qui eſt in æterna bene-
dictione, qui erat B. Virgini deuotiſſimus, qui
faciebat celebrare feſtum eiuſdem Dominæ
cum magna deuotione, & fecit celebrari de-
uotius feſtum immaculatæ Conceptionis eius,
quod prædicauit in Hiſpania S. Iacobus, & in-
cæpit ab ipſis Apoſtolis hoc in Concilio decer-
nentibus.

608 Et ipſe idem Bernardus obtinuit à Papa
Romano Vrbano 2. vt in omnibus Eccleſiis
Hiſpaniæ curreret ſingulis diebus Officium par-
uum Beatæ Virginis Mariæ poſt alia officia Ma-
iora Breuiariorum, & ipſe cantu muſico accen-
tuauit hymnos, *Aue maris ſtella. Quem terra, pon-
tus, æthera, &c., Salue Regina.* ipſe Dominus Ber-
nardus prædicabat laudabiliter Mauris Toleta-
nis, & circumuicinis, & aliquos ex eis conuerte-
bat, vt ſibi iuſſerat facere Dominus Hugo Ab-
bas Cluniacenſis, valde peritus, & ſanctus, ſine
cuius facultate noluit D. Bernardus accipe-
re ſuam electionem, & quamdiu vixit, illi
paruit.

*De immaculata Conceptione B. Virginis.*

609 D. Bernardus quia vouerat ſe iturum ad
bellum Hieroſolymitanum à Domino Papa
Romenſi de voto abſolutus rediit, & ex itinere
fecit Concilium Narbonæ, vt primas, & Tar-
raconæ. Reuerſus autem Toletum ſub altari ma-



*Anno Domini.* iori fecit ædificare, quod ante viam cæptum erat *Æra Cæſaris.*
de S. Hieruſalem.

610 A temporibus S. Iacobi Zebedæi filii, qui
fuit Hiſpaniarum Doctor, & Apoſtolus, poſt
ædem Cæſarauguſtanam de pilari, etiam Elpi-
dius S. Iacobi diſcipulus, primus Toletanorum
Apoſtolus, à S. Iacobo Toleti relictus, ædificauit
ædem ſacram Toleti B. Mariæ Virgini adhuc
viuenti.

611 Dominus Bernardus Toletanus indutus
erat habitu monachali Benedictino, ſemper præ-
ferebat crucem vt patriarcha, verè patriarcha-
lem, & habebat in ſua ſocietate multos mona-
chos, qui ſecum viuebant: quorum vnus nomi-
ne Bernardus, vir magnanimus, acerrimus
defenſor dignitatis pontificiæ. Dominus Ber-
nardus habuit magnam amicitiam cum Do-
mino Guidone, poſtea Calixto 2. Papa, cuius
libros de rebus Sancti Iacobi confirmat Inno-
centius 2.

612 Vrbanus nimium honorauit D. Bernar-
dum Toletanum Archiepiſcopum, quem in
Concilio Placentinorum aliquot patriarchis co-
mitibus conſecrauit, & in præſentia totius Con-
ſilii ei pallium dedit.

613 D. Bernardus venit Bracharam, vt ſibi
imperauerat Dominus Romenſis Calixtus 2. &
in locum Burdini intruſi, & perpetuo carcere
concluſi, poſuit Epiſcopum in ſede Bracharenſi,
& per Hiſpanias poſuit multos ſui ordinis mona-

*Anno Domini.* chos in ſedibus. Bernardus multas contentiones cum Didaco Gelmirez primo Compoſtellano Archiepiſcopo habuit, qua de cauſa Papa Calixto factus eſt legatus S. E. R. Concilia celebrauit aliquoties: erat enim vir priſcæ ſeueritatis, & magni zeli. Habuit nonnullas lites cum Bracharenſi, & Compoſtellano. *Æra Cæſaris.*

614 Gerardus anteceſſor Mauritii Burdini, tempore D. Bernardi viguit, & dum vixit S. Paſtor fuit. ipſo quoque Bernardo Pontifice parum abfuit, quin iterum, obſidentibus Toletum Sarracenis, ipſa Ciuitas perderetur, & ſimul tota Hiſpania rediret in poteſtatem Sarracenorum. Orationibus tamen & lachrymis S. Pontificis, & multorum bonorum precibus defenſa eſt. Aberat enim hinc Imperator Adefonſus Raimundi filius. Aderat tamen Auguſta Berengaria tunc, quæ ſua præſentia multum animabat omnes.

615 Non multo poſt mortem D. Benardi occiſus eſt Munio Adefonſus Ajofrinenſium caput, qui tunc erat Princeps militiæ Toletanæ: occiſus autem eſt à Mauris prope Oppidum Mora, cum multis aliis principibus Toletanis ex præſidio, qui ibidem occûbuerunt.

614 Corpora defunctorum delata ſunt Toletum, & in Cæmenterio, vbi quondam fuit templum S. Tyrſi Martyris. *Vernulæ* Toletani ſepulta ſunt.

*De hacvoce Vernulæ vide el papel de Don Al. de Camargo Correg. de Toledo.*

615 Vxor Munionis Adefonſi, & Vxores alio-



*Anno Domini.* rum militum veniebant more patrio quotidie ad cæmenterium, ad deflendum viros defunctos, & pullatæ incedebant. *Æra Cæſaris.*

616 D. Raimundus veniens Lugduno Pariſios in monaſterio S. Dionyſii in ſacello veteri reperit corpus S. Marci Marcelli, de primis Toletanis Pontificibus vnius, qui fuerit Comes indiuiduus S. Petri & Pauli, prius Simonis Magi, cum alio Marcello conſanguineo ſuo, venit cum Sancto Dionyſio Roma ad Gallias, & inde miſſus eſt legatus Apoſtolicus à ſancto Dionyſio.

617 S. Caſillæ tunc Toleti memoria florebat, *su. n. 538.* cuius pater Rex Toletanus Almenon dicitur habuiſſe Toleti Regiam vel arcem propè murum Toleti ad partem occidentalem Vrbis, vbi Toleti eſt fama conſtans Rodericum Regem Gothorum vltimum Cauam Virginem dictam Budeſindam violaſſe, quæ fuit filia Comitis Iuliani Limitanei Africæ Tingitanæ.

[ Vide n. 538. & 539.

618 Et in eo tempore non erat in vſu pons ferratus ſuper Tagum è regione S. Mariæ, quæ dicitur de Alficem, vel inferior, vel de Hortis, vulgo dicebatur Ponferrada, vt eſt alius in ingreſſu Bergidi.

619 Temporibus antiquis venerunt ex Africa pluſquam quingenti viri rectè callentes linguam Arabicā tempore Gothorū Chriſtiani profeſſione, & ita inter Gothos cæpit eſſe in vſu iſta lingua,

Deo mirabiliter res Hiſpanorum diſponente, vt Chriſtiani Muzarabes viuentes inter Mauros cum illis conuenirent.

620 Eiſdem veſtibus vtuntur nunc Sarraceni, quas ex Africa ſecum deduxerunt, quas vſurpauerunt mulieres, quæ mentitis veſtibus, venerunt huc cum viris. Nam Miramamolinus fœminas vetuerat ne tranſirent ad Hiſpanias. Et amatores Sarraceni adduxerant nonnullas virgines in habitu virili, quali nunc vtuntur fœminæ Beticæ, & olim vtebantut etiam Chriſtianæ, degentes inter Mauros, vocant Mantes, & Almalafas.

621 D. Adefonſus Imperator ſenior prohibuit ne ampliùs inſtrumenta publica conſcriberentur Ahrabica lingua, & Gothicis characteribus, ſed Lingua Latina.

622 S. Caſilda virgo Toletana Deo ſacrata centenaria maior moritur ad Viruеſcam 15. Aprilis.

1126. 623 Coronatus eſt Toleti D. Imperator Adefonſus Raimundi filius in æde B. Mariæ maiori Toletanæ, dedit illi pomum aureum Petrus Gomeſius Barroſius, & alii alia ſigna imperatoria: coronauit & vnxit D. Bernardus Patriarcha Hiſpaniarum cum Epiſcopis Metropolitanis, ipſo die natalis Domini præſentibus multis viris Palatinis, & Epiſcopis metropolitanis, cum mitris, & pluuialibus, & Abbatibus omnibus acclamantibus *Viuat, viuat Imperator, fidei Catholicæ defenſor, & omnis perfidiæ vaſtator.* Ego verò Iulianus illi 1164.





manus lauanti latices ſubminiſtraui Toletanus Archipreſbyter, & concionatus ſum de laudibus Imperatoris.

624 Magiæ Toleti lubricæ factæ ſunt.

625 Manſerant in Bethica Epiſcopi Hiſpalis, Cordubæ, Acci, Baſtæ, Aſſidonæ, Tucci cum Chriſtianis Muzarabibus, donec Texufonus hoc anno eos omnes, per ſuos duces, Marrochium iuſſit vt transfretarentur, tunc ceſſauerunt eſſe Pontifices in tota Betica. Soluerant à portu magno iam Almeria, vbi poſtea ego indicans corpus S. Indelecii S. Iacobi Zebedæi filii diſcipuli, quod ob oppido Vrca, nunc Cope, prope portillum, illuc delata eſt, cuius vrbis, ſcilicet Almeriæ, expugnationi ego interfui cum Imperatore, & eam carmine deſcripſi.

1130. 626 Tota Hiſpania celebratur 4. Non. Octobris memoria miraculorum quæ viuens in Hiſpania, & mortuus geſſit S. Iacobus ex iuſſu D. Calixti 2. Papæ. 1168.

627 Burgis moritur S. Eleſmus monachus Benedictinus qui venit ex Gallia iubente D. Berengaria Auguſta. agitur eius dies feſtus 30. Ianuarii, dicitur Adeleſmus.

628 Propter fidelitatẽ Muzarabũ Toletanorũ, & æquitatẽ, priuilegia, quæ habuerant tempore Gothorum & Imperatoris Adefonſi ſenioris inuicti, & triumphatoris larga manus conceſſerat (Deus animæ eius dederit requiem æternam) auxit & cõfirmauit eius Nepos Adefonſus ſimili-

Anno Domini. Æra Cæſaris.

ter Imperator; quos etiam balteo præcinxit, more Romano. Fecit equites, vt etiam fecerant Reges Sarraceni; quibus etiam conceſſit remiſſionem omnium portaticorum toto regno prouenientium, & vt omnia iudicia eorum fuerunt ſecundum forum iudicum, tempore Gothorum coram Deum nobiliſſimis & ſapientiſſimis ciuium Toletanorũ, qui ſemper aſſiderent Iudici Ciuitatis Toletanæ ad examinandum iudicia populorum, qui præcedebant omnes teſtimoniis ſuis, quorum nomina ſunt ab Imperatore deleta, Gomeſius Barroſi filius Petri Gomeſani Barroſi, Munio Adefonſus, Michael Nudim, Petrus Aluari, Aluarus Didaci, Didaci Alfonſi Ficulnei filius, Petrus Sanctii Beragus. Menendus Abben Iampader, Petrus Ferdinandi Portocarrerius ex genere Caietanorum filius Creſentii ex matre Toletana, Romanus Monjaraf filius Romani à ſecretis magni Imperatoris, Rudercius Velliti ex milita Palatina Imperatoris Adefonſi.

1131. 629 Hoc anno conſummata ſunt ædificia Eccleſiarum Toleti Latinorũ ſanctorum Vincentij, Nicolai, Magdalenæ, Ioannis Baptiſtæ, quæ etiam extiterant eidẽ locis tempore Gothorum. Nunc renouatur monaſterium S. Felicis Tago flumini incumbens, quod poſitum eſt in Tago Retaneſio vel *villa Carenſi*. Gaudet Ciuitas Toletana liberata longa obſidione Maurorum, precibus S. Pontificis Bernardi qui obiit Toleti 1125. 1169.

die



Anno Domini. Æra Cæſaris.

die quinto Februarij.

631 S. Odon Epiſcopus Vrgelitanus claret miraculis.

632 Dum latomi foderent pauimentum templi S. Felicis, repertum eſt corpus Ætherii Ciuis Toletani.

1132. 633 Viuebat hoc tempore iam ætate decrepitus Aulus Halo, poëta Burdigalenſis, donatus Ciuitate Toleti ab Imperatore Adefonſo 6. quem dicunt veniſſe ex Gallia cum D. Regina Conſtantia, filia Regis Gallorum Henrici, ſorore Regis Philippi, cui munificus Imperator dederat Villulam Arabicè dictam Manalhabiam, ab aliis etiam vocatam villam Halonis Poëtæ. ſemper enim hic poëta celebris fuit. ſcripſit enim elegantiſſimo carmine aduentum Sancti Iacobi Zebedæi filii ad Hiſpanias, fundationem ab eadem factam Beatæ Mariæ Cæſarauguſtanæ de Pilari, idque vno libro, verſibus heroïcis: Vitam S. Elpidii, Iuliani, Saturnini, Honorati, Marci Marcelli, Eugenii, Olimpij, Gregorij, Aſturij, Melantij, alterius Olimpij, Ildefonſi, Iuliani, Celſi, Montani, Viſitani, Blaſij ſerui Dei, & aliorum ad Paſchalem vſque Toletanum Pontificem elegantiſſimis verſibus: Coronationem Ildefonſi Raimundi filii: Epithaphia multa, quæ dedicauit D. Bernardo Archiepiſcopo Toletano, & iam grandæuus cecinit in præſentia multorum Pontificum, Abbatum, & Palatinorum eleganter panegyri- 1170.

f

*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

cum carmine Sidonium Apollinarum imitatus in laudem eiuſdem Imperatoris. Obiit hoc anno Kal. Febr. iacetque in Sacello Eccleſiæ Maioris quod eſt S. Margaritæ, cui ego tale compoſui Cenotaphium.

*Dulce poëtarum lumen, Gallæque & Iberæ*
*Gentis honos, numeris nobilitatus Halo.*
*Patria Burdigali eſt vati, Conſtantia Princeps,*
*Attulit hunc ſecum, Gallica Regna ſinens.*
*Ingenio felix florens ætate poeta,*
*Eius honeſtati Muſa Latina fauet.*
*Cui nil turpe placet, cui diſplicuere profana*
*Omnia, Toleti pontificesque canit;*
*Atque Iacobe tuos aduentus ad iuga noſtra;*
*Pilaris templum carmine concelebrat.*
*Hic fit Toleti Ciuis, moriturque ſenectâ*
*Extremâ, cunctis Ciuibus in precio eſt.*
*Vita decens mores placidi, ſine felle venuſtas,*
*Vir pius hoc tumulo, conditur Aulus Halo.*

634 Idem Imperator Adefonſus Raimundi filius ſecundam coronam more Romanorum Cæſarum, illam ſcilicet argenteam, accepit Legione in templo S. Iſidori Hiſpaniarum Doctoris, præſentibus multis Epiſcopis, & Abbatibus, & Palatinis, accepit autem de manu D. Raimundi Archiepiſcopi Toletani. At ego habui carminibus orationem tunc panegyricam.



*Anno Domini.* *Æra Cæſaris.*

[De coronatione citat hunc locum noſter Ioannes de Marrana in Hiſt. Hiſpanico idiomate ſcripta, lib. 10. c. 16. pag. 495. col. 1. tom. 1. & quamuis tecto nomine; in Indice, depoſitâ perſonâ laudat eum, verbo *Iuliano Arcipreſte de S. Iuſta*, Adde D. Salazar de Mendoça in vita S. Ildefonſi pag. 39. & vide inf. num. 637.

635 Vt mihi retulit hoc anno comes Pictauorum VVilelmus (qui hoc anno venit Compoſtellam ad inuiſendum corpus S. Iacobi, vbi mortuus & ſepultus eſt) interuentu Guifredi Comitis Sueſonenſium, Rex Adefonſus magnus dedit illi corpus S. Leucadiæ Virginis & Martyris, ciuis Toletanæ, & patronæ, quod allatum fuerat Toleto Ouetum, Comes verò detulit primo Arelatum, inde tranſtulit Sueſionem, ibi rogatu precibuſque Guifredi pontificis Sueſenenſis Innocentius Papa 2. illud ex vno loco adhonoratiorem tranſtulit, cum aliis reliquiis, inde tranſlatum eſt ad Cellenſe monaſterium cum corpore S. Supplicii Epiſcopi & confeſſoris, & ibi ſeruatur cum magna pietate.

636 SS. Iacobi, & Ioannis, eius fratris, his præſertim temporibus celebris agebatur in Hiſpania commemoratio, qui ſuis nauibus adiuuerunt B. Petrum educentem vaſtiſſimis & multis piſcibus rete plenum.

1135. 637 Florebat per hæc tempora Raimundus Ar- 1173.
chiepiſcopus, ac primas Hiſpaniæ, prius Monachus Benedictinus, mox Epiſcopus Palétinus: inde Patriarcha totius Hiſpaniæ, vir inſigni prudẽtia, literis, ſanctimoniaque præclarus, qui rem

*Anno Domini.* Chriſtianam Toleti viriliter promouebat. *Æra Cæſaris.*

[Supra num. 634.

638 Florebat etiam Imperator Adefonſus, qui poſtea more Romanorum, vel Germanorũ Imperatorum tertiam, & auream coronam accepit Compoſtellæ, in Eccleſia S. Iacobi, in præſentia multorum virorum nobilium, Pontificum, Abbatum, & Aulicorum. & factum eſt induſtria quadam, vt imago S. Iacobi armis fulgentibus ornata daret illi coronam: tunc illi acclamatum eſt ter; *viuat, viuat Imperator Adefonſus.* Et hæc coronatio creditur facta auctoritate Anaſtaſii Papæ S. qui miſit adhoc legatum, qui coronationi præfuit. Ego verò habui carmine comprehenſam orationem panegyricam in laudem Hiſpaniæ, & de viris illius fortiſſimis, ſapientiſſimis, & bello paceque celeberrimis. Celebrata eſt coronatio die 25. *Iulij:* ipſa quidem celeberrima Hiſpanis. nam tunc colitur S. Iacobi Zebedæi filij præcipua feſtiuitas, quæ ſemper genti noræ fœlix, & fortunata fuit.

639 Tunc compleui librum carminum, & præcipuè panegyricorum, & dicaui Imperatori Inuictiſſimo, qui viuat multos ac felices annos à coronatione.

640 Eſt Imperator (vt poſteritas non ignorat) procero corpore bene compacto, facie militari, quæ conciliat reuerentiam, oculis cæruleis, facie oblonga, naſo aquilino, barba rutila, capillo



*Anno Domini.* longo, & per humeros & ſcapulas demiſſo, trabea auro contexta indutus, galero more Gothico, calceis aureis: balteus gemmis, auroque diſtinctus, ex humeris pendet in actibus publicis. Imperiali vtitur tiara, aureo, & pomo, & ſceptro. Dedit Toletanis, pro inſigni patrio, loco duarum ſtellarum, quæ prius illis fuerant inſignia, Imperatorem quendam in ſolio maieſtatis inſidentem. *Æra Cæſaris.*

[*Capillo longo, & per capulas demiſſo*] More Hiſpano. Martialis lib. 10. Epig. 75.

*Hiſpanis ego contumax capillis.*

Celtiberi, vti Martialis, Capillati incedebant, vnde mutuatum nomen habuere, & dicebantur *Capillati*. Catullus, ex editione Gebhardi, anno 1618. Carmine 40. in Egnatium.

*Quare monendus eſt, mi bone Egnati,*
*Tu, præter omnes vne de* Capillatis,
*Cuniculoſæ Celtiberiæ fili.*

Hi verſus, in aliis Codicibus deſiderantur. quorum meminit Iunius de Coma. c. 3. in face Iani Guterii. tom. 4. pag. 505. Textor in Officina, verbo *Celtiberia*. Vide Cœlium Rhodiginum Antiq. lib. 15. cap. 8. p. 674. & noſtrum IVLIANVM in Aduerſariis ad Chronicum, vbi de habitu Toletanorum *F. Collum nudam eſt; tegitur capillis, à parte poſteriore.*

641 Ego Iulianus Petri, qui hæc ſcripſi, natus ſum Toleti patre, Petro Iuliani, qui baptizatus fui à Domino Paſchali Archiepiſcopo Toletano, qui aliquando vixi Toleti, & aliquando in Alcala, in Campo laudabili, in æde quam Chriſtiani fecerunt ſanctis Iuſto, & Paſtori, qui ſeruabant illam ædiculam, & redditus illic habui. Habebam tamen domum Compluti. Guadaljafare. factus ſum Diaconus, ab eodem Paſchali, anno vltimo

*Anno Domini.* vitæ ſuæ. Poſt hæc petiui Romam, & ex itinere *Æra Cæſaris.*
attuli multos libros ex Italia, & Gallia. Ad petitionem Adefonſi 6. Imperatoris Inuictiſſimi comitatus ſum ad vrbem S. Pontificem Bernardum. interfui Placentiæ, eius contentioni, & audiui ex ore Papæ quod ſemper ab Apoſtolicis temporibus fuerat Toletanus Archiepiſcopus Patriarcha. Datum eſt illi, vt deferret pallium Patriarchale, & ante ſe crucem Patriarchalem, inſtar cæterorum. Fauore Regis & Archiepiſcopi data eſt mihi facultas luſtrandi multas bibliothecas, in illis inueni multos libros, & ſeries Epiſcoporum Hiſpaniæ, & Galliæ Narbonenſis. Callui Linguam Hiſpanam, Gothicã, Hebræam, Græcam, & plusquàm mediocriter Latinam; tranſcripſi ſæpe cõcilia Toletana, ſcripſi hiſtorias, præterea panegyrica, epigrammata, librum ſermonum de tempore captiuitatis; poſtea ſub Bernado Raimundo, & Ioanne Toletanis Archiepiſcopis volumen continens vitas quadraginta octo Toletanorum Archiepiſcoporum, ab Ildefonſo vſque ad Raimundum, & alterum etiam volumen continens vitam Sancti Victoris in Alaua paſſi, eius reliquiæ delatæ ſunt ad Franciam.



# CIXILLÆ ACHIEPISCOPI TOLETANI DE VITA B. ILDEFONSI.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI Ieſu Chriſti, incipit Vita, vel geſta Sancti Ildefonſi Epiſcopi Toletanenſis ſedis Metropolitani* à Cixiliane Epiſcopo eiuſdem vrbis edita 10. Kalend. Februarij.

** ſic legitur in libris Conciliorũ S. Æmiliani quidã tribuũt hanc hiſtoriam S. Heladio qui vuera præceſſit Idelfonsũ.*

*Exordium vitæ Ildefonſi.*

ECce dapes melliflui illius Domini Ildefonſi, quas de paradiſo Dei rapiens, & per totam Heſperiam diſpergens, inediam noſtram ingenti ſatiauit eloquio, non impar meritis ſanctiſſimi illius Domini Iſidori, cuius fonte adhuc clientulus puriſſimos latices bibit. nam directus à S. & venerabili Papa Eugenio Toletanæ ſedis Metropolitano ad ſupradictum Doctorem Hiſpalenſem metropolitanum Epiſcopum, cum ſibi tam ſciolus videbatur, adeo ab eo *tentus* & elimatus eſt (vt ferunt) temporali ferro conſtrictus, vt ſi quid ſcientiæ deerat plenius inſtructus, ad pæda- *F. terſus.*

gogum ſuum Dominum Eugenium remeans, non poſt multos dies adhuc Diaconi officium peragens in Eccleſia SS. Coſmi & Damiani, quæ ſita eſt in ſuburbio Toletano, abbas præficitur, vbi ſtatim in officio clarens duas Miſſas in laude ipſorum Dominorum, quas in feſtiuitate ipſorum pſallerent, miro modulationis modo perfecit, quas Miſſas infra notatas habemus.

*Epiſcopus Toletanus præficitur.*

DEinde poſt multum tempus decedente Domino Eugenio in ſede ſua Epiſcopus præficitur, cuius ſtatim virtus enucleata * *elucens* in ſede Romulea refulſit, & veluti facula ardens omnẽ Hiſpaniam perluſtrauit: cuius doctrina vſque hodie fulget Eccleſia, vt ſole, luna: cuius memoria in benedictione odoris, & in compoſitione incenſi habetur, qui ab ipſis incunabulis ab ineunte ætate eunuchus permanens, magnum in ſe habitaculum præparauit, qui non manubrio, vel manu, ſed diuino ſecatus eſt gladio nec ingenio ferramẽtorum ſecauit libidinem, ſed munere cęleſti promeruit Sanctitatem: qui ſubito, dono ſuperno afflatus his tantis talibuſque prædeceſſoribus ſuis æquiter clarens, quod illis clauſum fuerat, iſti reſeratum eſt.

* *Alias eluẽs.*

QVOMODO



## QVOMODO SPIRITVS SANCTI
*Dono patefactæ ſunt reliquiæ Beatæ Leocadiæ S. Ildefonſo, quod ſuis anteceſſoribus ignoratum erat, & de miraculo apparitionis S. Leocadiæ.*

SIc enim habitator ſuos Spiritus ſanctus egit, vt quod per tot annos populis deſiderantibus nec dum oſtenſum fuerat illis, iſte patefaceret primum, & reliquias ſanctæ, ac Deo dicatæ Virginis, & confeſſoris ſuæ ſanctæ Leucadiæ adueniente in ſede Regia ſua feſtiuitate, omnibus aſtantibus præſentaret, & ipſe ante ſepulchrum eius genibus prouoluto, tumulus in quo ſanctum eius corpuſculum, vſque hodie humatum eſt, exiliret, & operculo, quod vix triginta iuuenes mouere poſſent, non humanis manibus, ſed Angelicis eleuato, velum quod S. Virginis membra tegebat viuens foris ſubmitteret, & veluti manibus extenſum conſpectui eius Virgo pulcherrima obſequens * aduentaret, clamantibus Epiſcopis, principibus Presbyteris, Diaconibus, clero, atque omni populo Deo gratias in cœlo, Deo gratias in terra, nemine tacente; ipſe vero manibus ſtatim complexans & aſtringens talia fertur depromere vota, vociferans cum omni populo, & clamans: *Deo gratias, viuit Domina mea per vitam Ildefonſi*, & ipſum retexens clerus vehementer pſallebat. *Alleluia tuum*, quod ipſe Dominus Ildefonſus nuper fecerat. *Specioſa facta eſt Alleluia, &*

* *Suprius legit: procederet, quaſi in occurſorum iret Ildefonſi.*

t

*odor tuus ſicut balſamum non mixtum*, & alia quæ in ipſa Miſſa erant annotata in laudẽ eius deprompſerat, clamabat inter voces populi, velut mugiens, vt aliquod inciſorium deferrent, vnde quod manibus tenebat præcideret, & nemo illi occurrebat, quia populus vaſtis ictibus, rictibuſque fundebatur, nam & ſancta virgo quod voluntate ſubmiſerat, violenter retrahebat ſed Receſuindus princeps, quondam Recceſuindus, qui eius tempore erat, gloria, & ferocitate terrena depoſita (qui eum ob iniquitates ſuas increpatus ſuperbo oculo intuebatur) cultrum modicum, quem in theca tenebat, cum lachrymis offerebat, & collo ſubmiſſo, ſupplicibus manibus, à throno ſuo extentis, vt eum illi deferrent inſtantius deprecabatur, poſtulans vt indignum non iudicaret ſua cum lachrimis offerentem, quem ille apprehẽdens quod manu læua iam modicum tenebat, dextra præcidit, & cultrum ipſum, vnà cum eiſdem reliquijs, thecis argenteis collocauit, indignum iudicans, vt qui ſancta præſciderat, polluta vltra tangeret; ſed coram requirenti munus quantum valebat Vicario præcepit impendi. His peractis, quia longa ſunt omnia iſta, enodaui cuncta quæ vſui pertinebant ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ in Dei laudibus vſquequaque completa ſunt.



## DE DESCENSIONE B. MARIÆ *Viginis cum veſte ad Ildefonſum.*

HIs excurſis alia adhuc miracula Spiritus ſanctus per eum in ipſo Dominico aduentu, non per multos dies peregit, ſed quia longa ſunt recenſere omnia, quę eius temporibus in Toletana Vrbe Dominus Vrbanus, & Dominus Euantius per eum facta narrabant, vel ex multis pauca aggrediamur, quamuis qui mecum hoc audierunt cum hæc legerint, dolebunt me prætermiſiſſe tam multa, & magna, quæ mecum ſciunt. Suprauenieute verò die Sanctæ, & ſemper Virginis Mariæ ante tres dies, tribus diebus letanias peregit, & Miſſam ſupraſcriptam, quæ in eius laude decantaretur perfecit, quæ eſt ſeptima. At vbi ventum ad eius ſanctam ſolemnitatem, ſupradictus Rex* minus de timore Dei ſolicitus, & de ſuis iniquitatibus male conſcius, ad audienda ſolemnia de more acceſſit. Nam ſeruus Dei Ildefonſus, maiori adhuc munere fretus, dum Dominæ ſuæ cui Deo præſule ſeruiebat, celebritatem ouans ſuſciperet, & in laude genetricis Dei hoc quod ſupra prænotauimus, ſummo cum cordis affectu, harmoniæ modulatione compoſita, muſicæ appeteret, & libellum Virginitatis more ſynonomo teſtimonijs veteris, ac noui teſtamenti plenum compoſitè ederet, & digna facundia & magnificientia iam præfatæ Dominæ ſuæ exor-

*Aliàs nimis

naret, dum ante horas matutinas ſolito more ad obſequia Deo peragenda conſurgeret, & vigilias ſuas Domino conſecraret, Diacono, & Subdiacono ante eum, faculis præcedentibus, ſubito, oſtia aperientes, & Eccleſiam intuentes, atque ſplendore cæleſti oculos defigentes, lumen, quod ferre non valuerunt, cum tremore effugientes, lampades, quas manibus tenebant, reliquerunt & ſua veſtigia, per quæ venerunt, adeuntes propè mortui reuerſi ſunt ad ſodales. Solicitè omnis congregatio requirrit quid de Dei ſeruo ageretur cum Angelicis choris, quod tam ſubito expauerint cuſtodes, & terga ab oſtio Eccleſiæ dantes reuerſi ſunt ad proprias ædes; at ille ſibi benè cõſcius, ante altare S. Virginis procedens, reperit in cathedra ipſam Dominam ſedentem, vbi ſolitus erat Epiſcopus reſidere, & populum ſalutare, quam cathedram nullus Epiſcopus adire tentauit ( niſi Dominus Siſebertus, qui ſtatim ipſam ſedem perdens, exilio relegatus eſt) eleuatis oculis aſpexit in circuitu eius, & vidit omnem abſidẽ Eccleſiæ repletã virginum turmis de cãticulis Dauid modulata ſuauitate, aliquid de cãtantib. aſpiciẽſq; in eum (vt ipſe ſibi conſciis & bene chariſſimis referebat) hac eum allocuta eſt voce; *Propera in occurſum meum, ſerue Dei rectiſſime, accipe munuſculum de manu mea, quod de theſauro filij mei tibi attuli. ſic enim tibi opus eſt vt benedictione tegminis, quæ tibi danda eſt in meo tantum die vtaris, & quia oculos fidei fixos in meo tantum ſeruitio tenens perman-*



*ſiſti, & laudem meam diffuſa in labiis tuis gratia dulciter in cordibus fidelium depinxiſti, & veſtimentis gloriæ, iam in hac vita ornatus eris, & in futuro in promptuarijs meis cum aliis ſeruis filij mei lætaberis;* & hæc dicens ab oculis eius vna cum Virginibus, & luce, quæ venerat, remeauit. remanſit igitur Dei ſeruus in tantum ſolicitus de adipiſcenda gloriæ, in quantum præſcius de ſibi donata palmę victoria, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre Deo, & ſancto Spiritu viuit, & cuncta regit per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

# INDEX
## RERVM PRECIPVARVM QVÆ hoc Chronico elucidantur.

*Littera N. præfixos ſectionibus numeros ſignificat.*

A

ABdala Rex Toleti. n. 523. 524. percutitur ab Angelo, & quare n. 525. deuotiſſimus B. Mariæ. n. 526. moritur. n. 527

S. Abdelardus cognomento Geneſius. n. 420

S. Abelardi abbatis corpus tranſlatum. n. 461

Academia Toleti erecta. num. 426

S. Achilleus paſſus Romæ ſub Lanicio, celebratur in Hiſpaniis. n. 292

Adefonſus ſextus Imperator glorioſiſſimus triumphator ſemper Auguſtus. fol 91. num. 376

Adefonſus Rex perforatus manum, à ſororibus Legionis & Nauarræ excipitur. n. 546. obſidet Toletum. n. 549. ſemper magnificus triumphator. num. 554

Adefonſus VI. Maximus Imperator Toleti moritur. num. 604

D. Imperator Adefonſus ſenior publica inſtrumenta Latinè conſcribi voluit, non Arabicè aut Gotthicè. n. 621. coronatus eſt Toleti. n. 623. elogium acclamationis *ibid.* plura n. 628. ſecundam coronam accipit. n. 634. tertiam. num. 638. 640

Adelphius abbas, vir ſanctus. n. 311



Abulenſe monaſteriũ inundatione Tagi dirutum. n. 521

S. Agathangelus, paſſus cũ S. Clemente Ancyronenſi. n. 339

Agathopus Auguſti libertus cum filiis ſuis martyrium paſſus eſt. n. 14

Albinus vel Albanus præſes, Vicarius *aliàs* Hiſpaniarum; martyr ſub Iuliano. n. 251

Aluarus & Iſidorus fratres. 430. 433

S. Amandus Epiſcopus Caſtellonenſis. n. 336. 338

Ananias baptizauit S. Paulum iuſſione Eleazari diſcipuli S. Petri. n. 17

S. Anaſtaſius miles legionarius, martyr egregius. n. 86. eius ſocii 70. milites. n. 87

S. Anglina martyr & ſociæ celebrantur Valentiæ. n. 85

S. Antiſius ſepultus à Maximilla. n. 290

S. Apollonius cum ſociis pro Chriſto Domino perimitur. 39

Apollonius in ſede Bracharenſi ſuccedit Leontio. n. 163

Aquila martyr ſub Diocletiano. n. 140

Arabica lingua quando inter Gothos cæpit eſſe in vſu. n. 619

Arcadii martyrium celebrat Maiorianus. nu. 217

Arcarius Epiſcopus Bracharenſis. n. 409

Argimirus Metropolitanus Bracharenſis. n. 456

Arintheus in fine vitæ tingitur aquis. n. 199

S. Ariſtobulus cognomento Zebedæus, pater Iacobi & Ioannis, concordiæ & Claudiæ, vxorum ſanctorum Apoſtolorum Petri & Andreæ. n. 33

Artemius vir ſanctiſſimus. num. 260

Artinodus, cognomento Gallus. n. 422

Artuagus monachus Auguſtinianus, vir apprimè feruens zelo fidei. n. 325

Aſturius, cognomento Serranus, ſuccedit Audentio pontifici Toletano n. 194

Athanaſius Iudæus venit cum S. Iacobo ad Hiſpanias. n. 8

Athanaſius Cæſarauguſtanus inuiſit ſepulcrum S. Iacobi. n. 14

in Athanaſij defenſionem celebratum Cordubæ concilium. num. 156. 157

Attilii Glabrionis viri conſularis, memoria celebris. nu. 286

C. Attilius Regulus floret in Hiſpania & in Gallecia. n. 75
Audax vir ſanctiſſimus iacet ad portum *Sines*. n. 260
Audentius S. Gregorii Archidiaconus Luciferianos mirâ aloquentia deterret. n. 172. 190. ſub eo collectæ frequentes Synodi. n. 175. ſuccedit in Eccleſia Toletana. n. 176. inuiſit ſanctum Baſilium. n. 181
Audentius Toletanus pontifex plenus dierum & bonorum operum, Toleti moritur. n. 143. plura vide n. 187. 188. 248. 249. 253
Aulus Halo poeta Burdigalenſis celebris. n. 633
Aulus Palmæ conſularis, Adriani iuſſu occiſus. n. 31
Aurentius Hiſpanus, Epiſcopus in Galliis, interfuit concilio Arauſicano. n. 224
S. Auſturius Serranus Cõpluti moritur. n. 206
Aſuertus, vir egregie peritus, & ſanctus ſuccedit Profuturo Bracharenſi. n. 271
Auxentius Epiſcopus Mediolanenſis damnatur in Synodo Epiſcoporum Toleti contracta per Gregorium. n. 169

B.

S. Babilas Epiſcopus Pampilonenſis. n. 413
Baccauda Pontifex Toletanus. n. 282
Balconius Epiſcopus, vir pius & grauis, ſucceſſit Pancratio. n. 214. Idololatriam euellit per Hiſpanias repullulaſcentem. n. 218
Barroſa gens confeſſione fidei clara. n. 374
S. Baſilica ſoror S. Quiteriæ, martyr. n. 58
Baſilius ciuis Municipii Florentini, Epiſcopus Carthaginis Spartariæ, ſepelit aliquot S. Iacobi diſcipulos martyres. n. 22
Baſilius Epiſcopus interfuit funeribus S. Iacobi. n. 13
Baſilius Romanus, Romani Imperatoris filius. n. 509. 515. 518. 519
Baſilius, pro, Blaſius. n. 467
Benedictus Marciani Tarraconenſis ſucceſſor. n. 143
S. Benedictus patriarcha mittit Toletum duodecim monachos. n. 267
Benignus vir ſanctus. n. 304
Bento Epiſcopus Cæſarauguſtanus. n. 447



Bernardus abbas S. Facundi ordinis Benedictini ex Monaſterio Cluniacenſi vocatus ad Hiſpanias à Rege Adefonſo. num. 558
D. Bernardus Archiepiſc. Toletanus fecit ſermonem ſuper *Magnificat*, & quinque ſuper *Salue Regina*. n. 607 *Plura* n. 608. 609. 612. 613. 629
D. Bernadus Claræ-vallis Abbas. n. 607
Beronice, corruptè Veronica, mulier pientiſſima. n. 9. an martyrium paſſa. *ibid.*
S. Bibiana cum matre & ſororibus martyrium patitur. n. 165
S. Bienerus, ſolitarius, colitur Vxameburg. num. 523
Blaſius ſuccedit Orontio. n. 464. concilium contrahit. n. 465. moritur. n. 467
S. Blaſius martyr in Hiſpania. n. 434
S. Bonitus, Aruernenſis ciuis, Epiſcopus Toletanus. n. 440. 441. ſanctiſſimè moritur. n. 442
S. Briana Virgo ſanctiſſima. n. 178

C.

Calani coniugis memoria Romæ celebris. n. 139
Calixtus Papa ſcripſit vitam & miracula S. Iacobi. n. 606
Calixtus paſſus cum fratribus in ciuitate Contrebia. n. 141
Camerinus, *vide*, Marinus.
Candidus & Paulus martyres. n. 296
Carnificibus, caput S. Iacobi tollere conantibus, aruere manus & brachia. n. 24
S. Caſila caſta & benigna in pauperes. n. 538. 617
S. Caſilda virgo Toletana. n. 622
Caſtinus vir eximiè doctus & pius Maioriani ſucceſſor. n. 223. monet ſuos prouinciales vt celebrent Paſcha XXIV. Aprilis. n. 235. laudatur. n. 258
Caſtillus, vir conſularis, & Luſitaniæ Regulus multas habuit filias quæ martyrium ſubierunt pro Chriſto. n. 57
Sanctus Celeberrimus præſul Carthaginenſis. n. 106
Celerina credidit cum marito, ſuſcepit corpus S. Torpẽtis martyris, & illi templum condidit. n. 14
Celſus vir ſanctiſſimus. n. 262. 265
S. Celſus Epiſcopus Treuerenſis. n. 514
Cenon, Vitalis, & Felicula, martyres. n. 37
Sancta Centella martyrium cum S. Helena vidua paſſa. n.

183

Centurio qui comitatus eſt Iacobum, vocatus eſt Torquatus Cornelius. n. 6

Chriſtiani prius à IESV dicti Ieſei. n. 92

Chriſtianorum vox cum iuberentur adorare Deos. n. 295

S. Chriſtophori martyris reliquiæ, & hymnus. n. 229. Toleto Valentiam tranſlatæ. n. 424

de Circunciſione concilium habuerunt Apoſtoli. n. 18

Cixila Archiep. Toletanus ſcripſit vitam S. Ildefonſi. *fol.* 143.

Cixila vir egregius. n. 390. contrahit concilium n. 394. organum ſancti Spiritus. n. 399

Claudiæ Lupariæ conuerſio. n. 14

Claudius Ternienſis Epiſcopus, hæreticus. n. 418

Claudius Bellator. n. 437

Clemens electus Hiſpalenſis, clarus miraculis. n. 532

Clerici Epiſcopis reſtituti, qui ad forum ſeculare trahebantur. n. 210

Sancta Columba Virgo & martyr. n. 59

Columba Virgo, Martialis, & Simplicius antiſtites florent cum Quiteria ſub Adriano Toletanorum Regulo. n. 80

Conantius ſuccedit Adelpho. n. 312

Concilium Cordubæ celebratum. n. 156. 158

Concilium, auctore Audentio, indicitur Cæſarauguſtæ pro Gallis & Hiſpanis Epiſcopis. n. 187. *Vide.* Synodus.

Concordius Pontifex Archidiaconus Vrbani, vir egregiè doctus & pauperum compatiens. n. 381. ærumnis & Muzarabum captiuorum miſeratione confectus moritur. n. 383

Conſtantinus Magnus ſedium Epiſcopalium terminos reſtituit. 147. in ipſum conſpirant Iudæi. n. 145. ipſo baptizato, contrahitur Synodus Romæ à Sylueſtro. n. 148

S. Cyriaci corpus inuentum à Galleciis. n. 468

Cyprianus Epiſcopus Toletanus. n. 520

D

S. DAcianus Philoſophus Stoicus, paſſus ſub Adriano. n. 287

Deo datus Hiſpalenſis antiſtes. n. 157

S. Dionyſius Epiſcopus Auguſtanus. n. 105

S. Dionyſius ſcribit ad Eugenium Marcellum librum de diuinis nominibus. n. 43

Diptycæ Toletanæ Eccleſiæ. num. 1. 2. 3. & 4

Diptyca Toletanorum Pontificum quando damnata. n. 195

Diſcipuli Chriſti, nebulones & illuſores à Iudæis habiti. num. 9

Dulcidius presbyter Toletanus. n. 451

S. Domitius martyr. n. 140

Dominicus Iuſtus Papiæ quieſcit. n. 536

Decentius ſanctiſſimus Pontifex Legionenſis. n. 131

E

ECcleſiæ Orientalis cum Occidentali quando conciliata. n. 263

Eccleſia S. Mariæ Cæſarauguſtanæ, dictæ de Pilari, omniũ Eccleſiarum Hiſpaniæ prima. num. 405

Eccleſia S. Mariæ Toletanæ, quando Meſquita Maurorum facta. n. 380

Eccleſiæ Catholicæ quando miſeranda conditio. n. 254

Eccleſiæ omnes ſuas habent diptycas. f. 5

Egila Valerienſis Epiſcopus. num. 152

Egila Epiſcopus Illiturgitanus. n. 375

Egila Abbas Agalienſis, vir ſanctus & doctus. n. 388. paſſus eſt Ledeſmæ. n. 389

Egilona Regina, fidei cauſa patitur. n. 372

Eleazari cum octo filiis diſcipuli S. Petri conuerſio. n. 11. eius iuſſu baptizatur S. Paulus ab Anania. n. 17

S. Eleutherius pater multorum Monaſteriorum S. Benedicti. n. 367

Eleutherius Iuliani ſucceſſor. n. 277. 281. moritur. n. 282

Elpidius Epiſcopus Lugdunenſis. n. 274

Emeterius, conſanguineus S. Ildefonſi. n. 332. 333

Eparchius in Diocletiani perſecutione paſſus n. 140

Epenetus Firmii Epiſcopus à S. Petro conſtitutus. n. 19

Epidius, præfectus prætorio Galliarum conſenſit cum Priſciliano hæreſiarcha. n. 184

ſanctus Epitacius Epiſcopus Vercenſis. n. 70

S. Epitacius Tudenſis Epiſcopus & martyr. n. 82

Euadius martyr cum fratribus. n. 143

Euangelium ex anno 35. Gentibus prædicatum. n. 20.

Euangelium S. Ioannis, prædicatum à S. Iacobo in Hiſpaniâ, recipitur ab Hiſpanis. n. 36

S. Eugenius Aſſumptioni B. Mariæ Virginis templum celebriter dedicat. n. 48

Eugenius Marcellus, Epiſcopus Toletanus, dictus Timotheus. n. 43

S. Eugenius Marcellus legatur ad Dionyſium; Toloſæ, mortuo S. Saturnino prædicat; audita morte S. Dionyſij prope Pariſios, hymnum in eius laudem componit, & menſe ſequenti patitur. n. 56

Eugenius Secundus, vir doctus & ſanctus. 318

Eugenius Tertius, monachus Benedictinus, nagnus poeta, & aſtrologus. n. 320. 327. 329

S. Eulogius presbyter Cordubenſis. n. 439. quando paſſus. n. 440

Euphamianus, vel Euphemius Abbas Agalienſis. n. 301. ſuccedit Petro Benigno. n. 303

Euphemius, vel, Euphemianus Abbas Agalienſis, pontifex Toletanus. n. 316

Euphraſij conuerſio. n. 9

S. Euphraſius Pontifex & martyr floret in Hiſpania, diſcipulus S. Iacobi. n. 102

Euricus Arrianus Rex Italiam poſſedit. n. 254

Euricus Gotthorum Rex. *ibid.*

Euroſia Virgo & martyr. n. 377

Euſebius martyr. n. 130

de ſancto Euſebio paſſo Octogeſſæ. n. 101

Euthichianus Pontifex Romanus. n. 119

Euthichius martyr fortiſſimus. n. 96

Euthichius, miles fortiſſimus, paſſus in perſecutione Vvandalica. n. 217

S. Euthichius, Honorius & Stephanus, martyres. n. 34

Eutrandus, vel Luithprãdus. n. 503. 505. 513

S. Exuperius martyr Aluētibili. n. 49

Exuperius, vir ſanctus. n. 309

F

S. Fabianus Epiſcopus Bracharēſis. n. 80

Fabritius Abbas SS. Fabritij & Filiberti. n. 465

S. Fara virgo Benedictina. n. 326

S. Fauſtus Diaconus Alexandrinus exilium amputatione capitis exornauit. n. 117

Felicianus creditur Romæ paſſus. n. 408

Felicula martyr. n. 37

Felix Archidiaconus S. Narciſſi Epiſcopi Bracharenſis, patitur ſub Aureliano prætore & præſide. n. 103

Felix Epiſc. Toletanus ſcripſit duas vitas additas chronico S. Ildefonſi. n. 363

Felix Epiſcopus Hiſpalenſis moritur. n. 364

Felix ſucceſſor Vincentij, vir egregiè peritus. n. 511

S. Felix, Epiſcopus Bracharenſis. n. 124

S. Felix Epiſcopus Carthaginis Spartariæ, martyr. n. 132

S. Flauianus Hiſpalenſis Hiſpanus, pater S. Bibianæ. n. 165

Flauius Domitius Leontius. n. 149

Flauius Clemens Maximus fit in Britannia Imperator. n. 177

Flauius S. Maximus, Auguſtinus, vel Audentius. n. 153

Flauius Auſturius, Annullinus Serranus floret opinione ſanctitatis. n. 201

Flauius Paternus Iulianus Campetius Caſtino ſuccedit. n. 236

S. Florentina vbi nata & tincta. n. 264

Floreſindus Aurienſis doctiſſimus & ſanctiſſimus Pontifex. n. 500

Fortunatus, Luciolus & ſocii martyres. n. 25

Fructuoſus ex ciue copioſiſſimo factus pauper Eremita. n. 357. perimitur cum Valentino fratre & Suſanna ſorore. n. 358

S. Fructuoſi Monaſterium ædificatur à diuo Bernardo Toletano. n. 605

S. Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis in Africa, lumen Eccleſiæ. n. 159

S. Fulgentius Eleutherij Epiſcopi diſcipulus. n. 310

G

Galliana Virgo honeſtiſſima & pulcherrima. n. 395

Gaudioſa vxor Regis Pelagii. n. 379

Genima martyr. n. 57. 58

Geniuera martyr. n. 57

S. Gerardus monachus Cluniacenſis. n. 603

S. Germana martyr. n. 58

Gerontius Epiſcopatum inuiſit & Muzarabes animat. n. 529. moritur Toleti plenus dierum & bonorum operum. num. 521

Gratianus Epicopus Carthaginus Spartariæ literis & ſanctitate florens. n. 152. 157
Gratus Bracharenſis pontifex. n. 115
Gregorius Toletanus contrahit Toleti ſynodum Epiſcoporum, & quid in ea factū. n. 169. accipit litteras *encliticas*. n. 173. moritur. n. 174
Gregorius Bœthicus fauens Luciferianis, reuocatur ab Audentio per literas ab hac mente. n. 190
Gregorius, Pius, Baſilius Epiſcopi, templum Deo & S. Iacobo conſecrarunt, & in eo depoſuerunt ſacratiſſimum S. Iacobi corpus. n. 13
Gregorius vir egregiē ſpiritus ſucceſſit Olympio ſanctiſſimè defuncto. n. 167
S. Gregorius Epiſcopus Oſtienſis. n. 534. moritur n. 550
Grimana martyr. n. 57
ſancta Gudila. n. 332. 346
S. Gumeſindus Archiepiſcop. Tolet. n. 417. 419
Gundericus Seguntinus Epiſcopus. n. 365

H

S. Hancarardus, martyr. n. 436
Hector, cognomento Ferrandus, Petro Toletano ſucceſſit. n. 257. 258
Helaca Diaconus Hiſpalenſis. n. 322
S. Helena Vidua, martyr. num. 183
Helena Regina Adiabenorum baptizatur cum filio Rachate. n. 17
Helipandus errauit in adoptione quam tribuit Chriſto &c. n. 401. reſipuit monitionibus Adriani Papæ & Caroli magni. n. 402. plura vide n. 404. 406. 409. 410. 411. agit gratias S. Carolo magno. n. 414. moritur ſanctè. n. 415
Heladius & Paulus paſſi ſunt in Gallecia ſub Deciano. num. 76
Helladius hæreticus confutatur. n. 338
S. Helladius vir ſanctus. n. 314. ſepelitur. n. 315
Helpidii diſcipuli Toleto pelluntur. n. 67
Herculis Gaditani templum euerſum. n. 10
S. Hermenegildus cur iuſſu patris à Siſiberto occiſus. n. 305.
Hermogenianus martyr cum fratribus. n. 141
S. Hermolaus glorioſiſſimum martyrium ſubiit in mō-
te Arakth n. 61
ſanctus Honoratus Conquienſis Hiſpanus confeſſor ſuccedit S. Eugenio Marcello. num. 60
Honorius martyrium ſub Trajano paſſus. n. 35
Hymnus, *Salue Regina mater miſericordiæ*, Græcè ab Apoſtolis compoſitus, tranſlatus in Latinum à S. Petro Epiſcopo Compoſtellano. n. 510

I

S. Iacobus Zebedæi filius, quid egerit in Hiſpaniis. n. 5. quo tempore venerit. n. 6. vbi & quando docere cœpit. n. 7. apparet ei B. Virgo. *ibid.* quandiu manſit in Hiſpania. *ibid.* deſignatus à Chriſto ad Hiſpaniam. n. 9. Hiſtoria Latina de eius vita in archiuo S. Iuſtæ. n. 10. mater eum ſecuta eſt ad Hiſpanias. n. 12. vbi mortuus, & depoſitus. nu. 13. eius ſepulchrum inuiſitur. nu. 14. corporis trāſlatio. *ibid.* cur feſtum eius celebratur 25. Iulij, cum martyrium paſſus ſit 25. Martij? nu. 15. amputatum eius caput non cecidit in terram. nu. 23
S. Iacobi Zedæi memoria colitur Bethulæ. n. 156
S. Iacobi filij Zebedæi feſtū. nu. 463.
S. Iacobi miracula tota Hiſpania celebrantur 4. non. Octobris. n. 626
Iacobo Maiori ſeruiuit, vt Diaconus, S. Stephanus Protomartyr. n. 16. eius epitheta. *ibid.* de eius Miſſa. *ibid.*
Iacobus Iacobo Adafax Abdalæ Regi ſuccedit. n. 527
Idatius Bracharenſis antiſtes num. 157
Idatius ſuccedit ad lineam Apollonio. nu. 163. interfuit Concilio Ariminenſi. nu. 166.
Idatius, ſcriptor nobilis, ex Lamacenſi, Epiſcopus Bracharenſis. nu. 241
S. Ignatuis Epiſc. Antiochenus, martyr illuſtriſſimus. nu. 16
S. Ignatius Presbyter, paſſus ſub Iuliano. n. 227
Sanctus Ildefonſus Toletanus antiſtes. 338. confutat hæreticos Gallos, Theudium & Helladium. n. 338. 341. cappa veſtitur. n. 343. moritur. 348
S. Ildefonſi corpus allatum Camoram. 392
S. Ildefonſi vita. *fol.* 143
S. Ildefonſus monachus Agalienſis, Abbas Benedictinus. n. 321 322. 323. 330
Indaletij conuerſio. n. 9

Liber *Indiculus luminoſus*. n. 438
Inſtrumenta publica conſcribi Arabica lingua, & Gothico charactere vetuit Adefonſus Imperator. n. 621
Ioannes Euangeliſta, indiuiduus B. Virginis comes. num. 7
Ioannes Roderici vicit Ordonium Inachi, pugnans pro Miſſali Gothico. n. 601
Ioannes Oſcenſis vel Lotucenſis, inſignis verbi Dei præco. n. 449
Ioannes ſeruus Dei. n. 454. ſuccedit Viſitano ſanctè defuncto. nu. 502. 507
Ioſeph Iudæus & Athanaſius noluerunt redire Ieruſalem, & quare. n. 8
Ioſias decollatus poſt S. Iacobum. n. 24
Iſichius, Archiediaconus Toletanus. n. 204. ſuccedit Auſturio. n. 207
Iſidorus S. Eulogii Presbyter. n. 430
Iſidorus Agricola vir pius & charitate feruens. n. 512
Iſidorus pontifex Hiſpalenſis ſanctiſſimus & doctiſſimus. n. 116
Iſidorus mercator, Epiſcopus Seſabitanus. n. 378
B. Iſidorus expurgauit Miſſam S. Iacobi. n. 16
S. Iſidorus ab hæreticis Arrianis occiſus. n. 228
S. Iſidori corpus in Libiza transfertur. n. 244
Iudæi vocati per Hiſpanias *Cælicolæ* paſſim damnantur. n. 209
Iudæi, circuncidendos eſſe omnes ad Chriſti fidem venientes, putauerunt. n. 18
Iudæi omnes, tributi nomine, ſoluebant certum quid Synagogis Toletanæ & Hiſpalenſi. n. 211
Iudæorum, qui de Hieroſolymâ venerant Toletum, celeberrima Synagoga. n. 8. cur noluerint redire Hieroſolymam. *ibid.* Quinam erant hi Iudæi. *ibid.*
epiſtolæ Iudæorum ad Hiſpanos. n. 8. & 9
Iudæis conſpirantibus in Conſtantinum magnum, aures amputantur. n. 145
Iuliani ciuis Toletani conuerſio per ſanctum Petrum. num. 19
Iulianus S. Clementis diſcipulus, Epiſcopus Carpetanorum, pene lapſus conſortio malorum, confirmatur à S. Clemente. n. 23
Iulianus Toletanus ſuccedit S. Auſuerto. n. 275. ſucceſſerat Montano neceſſitatis cauſa. n. 276
Iulianus Sancticio interfuit ſecundo Concilio Arauſicano. n. 238. interfuit non multò poſt Carpentoracti. num. 240
Iulianus Lucas Theſaronicenſis. n. 234
Iulianus Sancticio Falconus, Archidiaconus Iuliani Campetii. n. 242
Iulianus cognomento Pamerius. n. 369. 371
Iulianus, archipresbyter & ſucceſſor S. Boniti, vir manſuetus & prudens. nu. 444. interfuit Concilio Vvormacienſi. n. 446
S. Iulianus continuat chronicon Regium Vviſigothorum. n. 359. 360. mittit Apologeticum ad Papam Sergium. n. 361
Iulianus Lucas Theſſalonicenſis. n. 385
Iulianus doctor & ſcriptor ſacrorum canonum. n. 535
Iulianus Petri, author huius Chronici quis fuerit, ipſe explicat. n. 641
Iulius Ioſcus, miles, pro Chriſti fide glorioſè & animosè patitur. n. 65
Iurenſis Epiſcopus conſtitutus à Iacobo Apoſtolo. n. 299
Iuſtinianus Epiſcopus ſanctus n. 273
Iuſtus in perſecutione Numeriani occiſus. n. 116
S. Iuſti martyris vitam & martyrium ſcripſit Aſturius. num. 194. 204
Iuſtus monachus Agalienſis, vir ſanctus. n. 315

L

Laminium ciuitas. n. 21
Leander abbas Agalienſis. n. 443
S. Leo Deciſius, vir ſanctus. num. 346
Leocadia femina ſanctiſſima num. 199
S. Leocadia virgo & martyr apparet S. Ildefonſo Archiepiſcopo Toletano. n. 345
S. Leocadiæ corpus Toleto defertur Ouetum. n. 391. 427
Leontius martyr. n. 130
S. Leontius Bracharenſis Pôtifex. n. 151
Leoncius ſuccedit Sinagio Bracharenſi Pontifici n. 143
Leuici memoria celebris. nu. 199
Liberata vel Vvulgefortis, martyr. nu. 57
S. Liberata virgo & martyr floret in Luſitania. n. 504

Licianus, qui & Licinus Nouocomi paſſus. nu. 53
S. Lini Papæ, more Chriſtiano, oſculantis meminit Martialis. n. 32
Lis magna inter Muzarabes Toletanos & Francos milites ſuper Miſſali Gotthico. num. 691
Longinus martyr Lariſſæ. num. 130
S. Luarius Presbyter. num. 126
Luciolus, Fortunatus, & ſocii martyrium paſſi ſub Traiano. n. 25
Lucius Venonus Elucianus comprehendit diſcipulos S. Iacobi. n. 14. credidit. *ibid.*
Lucius Varus, egregius Chriſti martyr. n. 121
Lucretius amore gratæ valetudinis deſerit ſedem Bracharenſem. n. 283
Luithprandus, hiſtoricus haud ignobilis & poëta excellens. n. 503. 505. 513
Luparia fœmina audiuit S. Iacobum, nec eius dictis, miraculiſque credidit. n. 14. conuerſa ad prædicationem Torquati. *ibid.*
Lupus Valentinus. n. 152
Lupus Oſorius Alcadus perſecutus eſt Muzarabas qui apoſtatauerant. n. 506
S. Lupus martyr egregius. num. 138

M

Magiæ Toleti lubricæ. n. 624
S. Magnus in numerum Sanctorum relatus à Bentone Epiſc. Cæſaraugustano. n. 447
Maiorianus ſuccedit Iſichio Epiſcopo Toletano. n. 216. Idololatriã in Hiſpaniis repullulaſcentem euellere conatur. n. 218.
Maioriani mors. n. 222. 225.
Maiorianus Auguſtanus frater S. Maioriani pontificis Toletani perimitur. n. 237
Manucinus vir ſanctiſſimus. 324
Sanctus Mantianus ciuis Romanus. n. 289
Mantius primus Eboracenſis Epiſcopus. n. 124
Mantius Hæreticus Gnoſticus. n. 171
Marcellæ virginis S. Marthæ pediſſequæ, corpus quando inuentum. n. 94
Marcellus Laminitanus. n. 152
Marcellus Epicopus Tellæ vir ſanctus & doctus. n. 168
S. Marcus Marcellus, Marci Marcelli filius, cognomento Eugenius. n. 28. fuit diſcipulus S. Petri. n. 28. ſcripſit vitas S. Petronillæ, Flauiæ, Domitillæ, Nerei, Archilei, & ſociorum. n. 29
Marcellus cognatus S. Marcelli, martyr. n. 28
Marcus Marcellus Eugenius, Toletanus Epiſcopus, & Hiſpaniarum Apoſtolus, & Dionyſius Areopagita Pariſiorum Antiſtes literis ſe conſolantur. n. 47. viſitat omnes Metropolis ſuæ Epiſcopos. num. 51
S. Marci Eugenii Marcelli martyris & Toletani Archiepiſcopi, celebris eſt memoria Maximiſſæ. n. 89
de S. Marcello Eugenio Toletano Pontifice, encomia. n. 137
de S. Marco Marcello plura n. 291. 292
Marcus Maximus Cæſarauguſtanus. n. 305. 306
Marcus hæreticus Toleto pellitur. n. 49
Maria Virgo apparuit S. Iacobo nocte oranti. n. 7
B. Mariæ Virginis parturitio mirabilis defenditur à S. Ildefonſo contra hæreticos. num. 338. 341
Maria Salome mater Iacobi & Ioannis Iacobum filium ad Hiſpanias ſecuta, rediit cum ipſo Hieroſolymam; eum inde etiam ſecuta Romam, accedens Vercelas quieuit in pace, miraculis clara. n. 12
Sanctæ Mariæ Magdalenæ corpus quando & vbi repertum. n. 94
Marina martyr. n. 57. 58
Marinus Ricuſinus Epiſcopus ſucceſſor Melanthii in ſede Toletana. n. 143
Marinus, Archiepiſc. Toletanus recipit encliticas literas ab Alexandro Alexandrino Patriarcha. n. 146
Marinus Toletanus occiditur, & à quibuſdam martyr colitur. n. 150
Marinus & Romanus, natione Galleci. n. 458. 501
Marinus Hiſpanus frater Martini Papæ n. 432
Sanctus Maro martyr. n. 293
Martialis Bilbili deceſſit anno 106. n. 52
Martiana martyr, paſſa Toleti. n. 57
Sanctus Martianus Epiſcopus & martyr. n. 64
S. Martinus Epiſcopus Mindonienſis, vir ſanctus & eruditus. n. 412
S. Martinus natione Græcus, Epiſcopus Dunienſis. n.

279. ſacratus à Lucretio. n. 282

S. Martinus Dunienſis ſucceſſor Lucretii Bracharenſis. num. 302

de Sancto Martino primo Epiſcopo Eboracenſi. n. 99. illi templum egregium ædificauit Eboræ Iulianus comes Scanciarum. n. 100

Martyres in crucem acti vocātur *Laureoli* à Martiale. n. 30.

S. Maximilianus Epiſcopus & martyr. n. 121

Maximilla in Italia & Græcia laudatur. n. 290

Maximini corpus quando inuentum. n. 94

S. Maximus, Bergæ pro Chriſto paſſus in Cathalonia. num. 128

Melantius edidit Miſſam S. Iacobi. n. 16

Melanthius Athenis venit Toletum, & cur. n. 114

Melanthius ſuccedit in ſede Toletana ſancto Pontifici Palmato, martyr. n. 120

Melanthius Toletanus ſcripſit martyrium S. Seuerii. n. 134. conſecrat ædem Toletanam S. Saluatori & B. Virgini. n. 135

Melciades, qui poſtea fuit Papa, naſcitur in Hiſpania, patribus Africis. n. 72

S. Meretonis liber de tranſitu B. Virginis habetur in pretio. n. 91

Milites Toletani florent generis præſtantia & rei militaris peritia. n. 528

Miraculum de Cappa cæleſti. n. 347

De Miſſali Gothico *vide* n. 601

S. Montanus habet concilium Toleti. n. 272

Munio Adefonſus occiſus à Mauris. n. 615

Mutii martyres, quibus crematæ manus. n. 294

Muzarabes multi, cæſi. n. 459

N

S. NArciſſus, Bracharenſis Epiſcopus, Apoſtolus Auguſtæ Rhetiorum, martyr ſub Aureliano prætore. n. 103

Natalis, Archidiaconus Melanthii. n. 125

Natalius exul, Mediolani, factus eſt illius Vrbis Epiſcopus. n. 160

Natalius ſucceſſor Marini Toletani, ſcriptor Eccleſiaſticus egregius contra hæreticos. n. 150. 152. inter ſanctos relatus. n. 160

Nebridius Pontifex Egarenſis. n. 274

Neonis martyrium ſub Diocletiano & Maximiano. num. 130

S. Nerei martyris memoria celebris in Hiſpania. n. 292

Nicander poeta. n. 421

Noia, oppidum. n. 14

O

S. OBduliæ martyris reliquiæ Palmâ Toletum tranſlatæ. n. 450

Obedientia magna in Epiſcopis Hiſpanis ad ſedem Romanam Apoſtolicam. n. 232

S. Odon, miraculis clarus. n. 631

Olympias vidua clariſſima, ſancti Chryſoſtomi deuotiſſima. n. 185

S. Olympius, ſcriptor nobilis & accerrimus fidei defenſor. nu. 161. colligit Toleti concilium de recipendis laicis. num. 162. concilio Ariminenſi interfuit. nu. 166

S. Oneſimus S. Pauli diſcipulus, pro Chriſto viriliter martyrium paſſus. n. 44. 45

Ormiſda Pontifex poſuit vicarios cum Orientis Epiſcopi curati recurſarent. n. 261

S. Orentius Auci in Gallia mortuus, clarus miraculis, frater S. Laurentii. n. 104

Oretanus Epiſcopus. num. 435

Orontius *vel* Orientius, Epiſcopus Tarraconenſis, vir illuſtris. n. 256

Orontius, vir miræ vitæ magnæque doctrinæ. n. 455

Oſius, Epiſcopus Cordubenſis, exul fidei cauſa. num. 154. 156

Oſtinus vir ſanctus, & Epiſcopus Aucenſis. n. 457

ſanctus Ouidius. nu. 41

P

S. PAlatinus martyr paſſus eſt Octogeſſæ. n. 101

Palmatus Epiſcopus Toletanus. n. 106

Palmatus Paulinus ſucceſſor Iuliani Sācticionis in ſede Toletana. n. 246

Pancratius ſuccedit Paterno Bracharenſi. n. 214

Pancratius Manucii ſucceſſor. n. 324

Pantadius Epiſcopus Carpetanus. n. 200

ſanctus Paremo, qui nomen oppido dedit, & alii 375. martyres ſub Decio. n. 95

ſanctus Parus Presbyter ſub

Antonino martyrium paſſus eſt. n. 69
Paſcha Domini ex Epiſtolis Leonis celebratur xxiv. Aprilis. n. 233. 235
Paſchalis ſanctè compoſitéque diſcedit. n. 547
Paſchalis Epiſcopus Complutenſis. n. 540
Paſchaſius in perſecutione Vuandalica paſſus. n. 217
S. Paſtoris Complutenſis vitam & martyrium ſcripſit Aſturius. n. 194. 204
Paſtor, Epiſcopus Valentinus, Aurelianis exul moritur. num. 250
Paternus conuertitur à. S. Saturnino, & fit Epiſcopus Abuſenſium. n. 60. factus Epiſcopus Toletanus multum laborauit in conuerſione Gentium & Iudæorum. n. 63. 98. 118
S. Paternus Senonis patitur ſub Decio. n. 81
S. Paternus Romam tranſlatus. n. 109
Paternus Epiſcopus ordinatur à Sympoſio, & Dictinio. n. 191. damnatur ideo in Concilio Toleti collecto. n. 192
Paulatus Epiſcopus Toletanus iacet ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ *de Alficen*. n. 74
S. Paulinus pueros ſepelit. num. 205
S. Paulus Româ profectus ad Hiſpanias, ibi prædicat, & conuertit Probum, Xantippem & Philippum. n. 21. de eius Epiſtola ad *Hebræos. ibid.*
Paulus & Candidus martyres. n. 296
Paulus & Helladius martyres ſub Deciano multis tormentis excruciati. n. 76
Pelagia paſſa ſub Diocletiano. n. 140
Pelagius ſanctiſſimus Rex & Reparator Hiſpaniæ. num. 234
Peſtis horribilis per Hiſpanias. n. 110
S. Petronillæ feſtum, à S. Marco Marcello inductum in Hiſpaniam. n. 291
S. Petrus ad Hiſpanias ſe contulit, & cur. n. 19. eius in hac peregrinatione comes B. Clemens. *ibid.*
Sanctus Petrus Presbyter martyr floret Cordubæ. num. 96
Petrus Archidiaconus & ſucceſſor Iuliani in ſede Toletana. n. 448. fuit vir pius. n. 449
Petrus Anſurius chariſſimus Regi Almenoni. n. 544
Petrus Paſcalis Archidiaconus & ſucceſſor, vir egregiè iuſtus & benemeritus. n. 548. 551. 552
Petrus Benignus vir optimus ſucceſſor Bacaudæ. n. 300
Petrus Gregorius, concionator ſucceſſit Palmato. n. 257
Petrus Clemens inuiſit ſepulcrum S. Iacobi. n. 24
S. Petrus Epiſcopus Bracharenſis inuiſit ſepulchrum S. Iacobi. n. 14
S. Petrus monachus Benedictinus. n. 517
S. Petrus Eremita. n. 515
Petrus cognomento Pulcer. num. 384
Philippus conuerſus à S. Paulo. n. 21. & 27
Philipporum Imperatorum memoria reuerenda ſemper Hiſpanis. n. 297
Pius Epiſcopus corpus S. Iacobi Protomartyris inter Apoſtolos, comitatus eſt n. 13
Plinius ſecundus, martyr. n. 108
Plinius iunior à S. Tito baptizatur, & creditur martyr. num. 258. 298
Sanctus Polycarpus Epiſcopus Bracharenſis. n. 41
Polixena vxor Xantippæ virgo ſanctiſſima. n. 44. moritur anno 109. n. 46
Pompilius, egregius Chriſti martyr. n. 121
Ponſ-ferratus ſuper Tagum. n. 618
S. Pontifex Sacerdos Lugdunenſis miſſus à Gallis ad Atanagildum Vviſigothorum Regem. n. 299
Primario ex Gallecia, ſcripſit S. Ambroſius nec non Symachus. n. 189
Profuturus Archiepiſcopus Tarraconenſis ſuccedit Valerio. n. 269
Priſcilianiſtarum peſtis à Nouatore nomen accepit. n. 186
Priſcilianus Gallecus, Amphilochii hæreſim docet. n. 255
S. Probus, diſcipulus ſancti Pauli, maritus ſanctæ Xantippæ, in vita mortéque miraculis claruit. n. 40
Probi conuerſio per S. Paulum. n. 21
Probi martyrium celebratur à Maioriano. n. 217
Profuturus, presbyter Africæ, venit in Hiſpaniam, & ſuccedit Paterno. n. 196
Pudentes Romæ duo. num. 288
Publius Ælius Marcellus, Auguſtalis & Primipilus legionis ſeptimæ, ad prædicationem Decentii ſanctiſſimi pontificis conuerſus, tandem capite cæ-

ſus. numero. 131

Q

QVinctus Epiſcopus Toletanus defendit fortiter fidem Chriſti, iacet Toleti. num. 68

S. Quintilianus martyr. n. 128

Quiricus ſucceſſor S. Ildefonſi. n. 350. moritur. n. 354. 355

Quiricus vnus de 72. Chriſti diſcipulis, & S. Pauli ſectator; eius acta. n. 84

ſancta Quiteria filias habuit diuinas, & quas martyrium paſſæ ſunt. n. 57

Quiteria filia S. Quiteriæ num. 57

S. Quiteria Virgo & martyr prope Margelizam paſſa, in æde S. Petri principis Apoſtolorum à S. Honorato Toletano Epiſcopo ſepulta. n. 79

R

RAchates Rex baptizatur cum matre ſua Helena. n. 17. circuncíſus eſt. n. 18

Raimundus paſtor vir clarus. n. 452

Raimundus Archiepiſcopus & primas Hiſpaniæ. n. 637

D. Raimundus reperit corpus ſancti Marci Marcelli. n. 616

Rebecca ſocia Polixenæ, virgo. n. 44

Recinſuinthus abbas Benedictinus poëta & orator egregius. n. 349

Reuianus Sueuorum Rex, Chriſtianus. n. 221

Requila ſuccedit Iuſto. num. 334. 374

Robertus Epiſcopus Exomenſis ſanctè piéque dicitur deceſſiſſe. n. 366

Romanus & Marinus miſſi ad Adefonſum Regem. n. 458

Romanus Papa Galuienſis Hiſpanus. n. 460

Rufus & Dionyſius Epiſcopus Auguſtanus docent Hiſpanias Euangelium. n. 105

Rufi vel Rufini memoria *Dertoſæ* mirè floret. 155

S

SAcer inuiſit ſepulcrum S. Iacobi. n. 24

Salomon doctor & ſcriptor ſacrorum conciliorum. n. 540

Sanctus Salomon in perſecutione Traiani fortiſſimè paſſus. n. 96

B. Salomon frater Melanthii Toletani, vir ſanctus & egregiè doctus. n. 129

Saluiatus II. Pontifex Hiſpaniarum Patriarcha, ſucceſſor Saluiati I. moritur Toleti. n. 539

Saluiatus Toletanus. n. 308

Saluiatus Archidiaconus S. Iuliani, vir egregius, ſucceſſor Dominici Iuſti. n. 537

Sampſon Abbas doctiſſimus. n. 440

Sanctius Rex miſerabiliter occiſus. n. 545

Sarraceni capiunt Toletum. nu. 376. 377

Sarraceni Tingitani qui? n. 370

Sanctus Saturninus venit Toletum anno Domini 85. & rediit, viſitante Hiſpaniam ſancto Marcello. nu. 38

Sanctus Secundus Chriſti martyr. n. 64

S. Sergius monachus, martyr illuſtris. n. 88

Serranus Auſturius auxit Miſſam S Iacobi. n. 16

S. Seuelina Virgo monialis. num. 428

Seuerus Metropolitanus Cordubenſis legatus per Hiſpanias à Dionyſio Papa. n. 113

Seuerus Hiſpaniarum Comes, paſſus Romæ creditur. num. 307

S. Seuerus Epiſcopus Barcinonenſis, martyr. n. 317

S. Seuerii martyrium ſcriptum à Melanthio Toletano. n. 134

Sigefredus Abbas Fuldenſis. n. 542

Silua præclarus Agalienſis Abbas. n. 452

Siluanactus Epiſcopus Bracharenſis. n. 500

Simon & Iudas Apoſtoli Chriſti. n. 35

Sinderedus diſcipulus S. Ildefonſi, Epiſcopus Toletanus. n. 365. 368

Siſinius in perſecutione Numeriani Imperatoris occiſus. n. 116

Sociotes & Stephanus martyres. n. 26

Stephanus, Honorius & Eutychius, martyres ſub Traiano. n. 34

Sudarium illud ſacratiſſimum, Clementi primo Romano Pontifici relictum à Beronice muliere pientiſſima, in magno pretio fuit. n. 90

Suzanna ſoror S. Fructuoſi, martyr. n. 358

Synodus magna Illiberi n. 133

Synodus Gallicana ex præcepto S. Leonis. n. 226

B. Sa-

Y

Synodus Aquilenſis ſub Audentio. n. 249
Synodus ſub Maioriano coacta, in qua contra Priſcillianiſtas additum, *de Spiritu Sancto qui à Patre Filioque procedit*. n. 220
Synodo nationali Toleti contra Priſcilianum quinam interfuerint. n. 188
Synodi frequentes in Hiſpania, circa Concilii Chalcedonenſis approbationem. n. 230. quinam eis interfuerint. num. 231
S. Synthica, miraculis, dictis factiſque clara. n. 252
Sub Sylueſtro inuenta eſt Crux Domini. n. 149

T

Talauarienſes, hæreticos ignominioſè verberatos ad Galliam redire compellunt. n. 342. 344
S. Taro Pontifex Cæſaraugustanus, doctus & pius. num. 331
S. Tecla virgo monialis Benedictina. n. 466
Tharaſia Virgo, nupta Abdalæ Regi per vim. num. 524. 525
Theodomirus Rex Sueuorum. n. 280
Theodomirus Abbas, martyr. n. 418. 431
Theodomirus Abbas Aluendenſis. n. 508
Theodoricus Ancalus Rex Hiſpanus. n. 259
Theodoricus Amalorum Rex moritur, & à dæmonibus ad inferos præcipitatur. num. 270
Theodoſia martyr. num. 140
Imperator Theodoſius indicit Epheſi concilium. nu. 215
Theudius hæreticus. num. 338
S. Thyrſus ciuis Toletanus, Cathecumenus Toleto egreditur; ſub Decio illuſtre fidei teſtimonum dat. n. 73
S. Thyrſi templum à Cixilano conditum. n. 397
Timotheus inuiſit ſepulchrum B. Iacobi. n. 24
Toletum ciuitas S. Peri & Clementis prædicationibus illuſtratur. n. 19
Toletum ciuitas Regia ſub quibus conditionibus recipitur ab Adefonſo Hiſpaniarum Imperatore. n. 556. quando capta. num. 557. 719
Toleti ſtemmata quæ? num. 386
S. Tolobeus aliàs Tobeus. num. 310
S. Torpens martyr. num. 14
S. Torpetus magnus œconomus domus Neronis, paſſus Piſis in Arnum fluuium coniicitur, in cymba rimoſa, cum cane, fele, & angue. num. 182
Traſemundus vir ſanctus. num. 505
Trogus Pompeius hiſtoricus Bleſillæ in Hiſpania natus. num. 50
Turibius monachus Benedictinus. n. 278
Turibius Pontifex Toletanus, ſcriptor nobilis Eccleſiaſticus, grauiter patitur à Gentilibus pro defenſione fidei. num. 66
S. Turibii mors. num. 230. *plura* de illo. n. 247. 309
Turpinus Epiſcopus Rhemenſis. n. 416

V

Valentinus Epiſcopus martyrium celebre paſſus in Hiſpania die 20. Maij. num. 57
S. Valentinus frater S. Fructuoſi, martyr. n. 358
Valerius Epiſcopus Bracharenſis Caſtino ſucceſſit. num. 166
Valerius Martialis, martyr. num. 121
Vaſiolus *vide* Blaſius
Venantius *vide* Conantius.
S. Venantius Epiſcopus Toletanus, martyr. num. 93
S. Venuſtus, Hiſpaniæ Vicarius creatus à Iuliano Apoſtata, Chriſtianus cognitus occiditur. num. 208
Veronica, *vide* Beronicè.
S. Victoria Virgo natione Romana, Tauorra paſſa glorioſum martyrium. num. 96
Victoria martyr. num. 57
Victorius Marcellus S. Marcelli frater, Vitalis dictus n. 55
Vincentius Epiſcopus Toletanus, vir egregius & pius, Meuiæ moritur. num. 71
Vincentius S. Ioannis ſerui Dei Archidiaconus & ſucceſſor. nu. 508. concilium contrahit. nu. 511. 522. moritur. nu. 525
SS. Vincentius & Lætus, martyres illuſtres. num. 77
S. Virgundericus diſcipulus S. Ildefonſi. num. 364
Viſitanus, vir optimus, & magnæ doctrinæ. num. 507
Vitalis frater S. Marcelli, Toletanus Archipresbyter. num. 28. 29. & 37
Vrbicus monachus Bene-

dictinus· num. 387
S. Vualdifredus Epiſcopus Vticenſis, egregius Chriſti confeſſor. num. 122
Vuamba Rex glorioſus. n. 352. 355
Vuamba cognomento Petrus ſanctè obiit in Monaſt. Pamplegenſi. num. 362
Vuandali ex Hiſpania migrant in Africam. num. 212
Vuillelmus comes Pictauorum Compoſtellæ mortuus. num. 635
VuiſtremirusGumeſindiToletani Pontificis Archidiaconus. num. 425. 429
Vulge fortis vel Liberata martyr. num. 57
Sancta Vulgefortis in crucem acta, & ceruice ſucciſa, glorioſiſſimum de Tyranno triumphum egit. num. 83

X

XAntippe conuertitur ad Prædicationem ſancti Pauli. num. 21
Xantippe & S. Oneſimus S. Pauli diſcipulus Laminio Toletum frequenter ventitant, & conſulto Eugenio, animati domum reuertuntur. nu. 44. mortuus anno 109. nu. 46
S. Xantippes & ſororis memoria celebris Laminii. num. 136

Z

S. ZAcharias Pontifex moritur Toleti. n 533
Zebedæus pater Iacobi & Ioannis, concordiæ & Claudiæ, frater S. Barnabæ, petiit Britanniam. ſub Nerone martyrium paſſus. num. 33
Zenapolius Toletanus. n. 535
Zeno Euthychianus hereticus Imperator, num 254



# IVLIANI ADVERSARIA IN CHRONICON

1 IOCATVR Martialis in Ammianum, qui fuit præfectus Romæ ſub Trajano, ſub quo paſſi Seruilianus, & Sulpicius. *Seruilianus Sulpicius.*

2 Florebat adhùc ſancta memoria Marci, cognomento Ioannis, qui comitatus Petrum & Paulum prædicauit Bilbili in Celtiberia: rursùs alibi, ac poſteà Romæ ab Petro Apoſtolo Epiſcopus ordinatus, miſſus eſt Atinam in Æquicolis, & ibi prædicans in perſecutione Domitiani ſub Maximo paſſus eſt. *Marcus cognomento Ioannes.* *27. April.*

3 In Bætica, Ciuitate Aſtigenſi, memoria vigebat S. Criſpini, eiuſdem vrbis Epiſcopi & Martyris. Qui cùm apud Domitianum multùm valeret, & diuitiis, ac deliciis difflueret, diuinitùs *Criſpinus.* *19. Nouemb.*



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

admonitus credidit, & à S. Clemente (vt creditur) in Hiſpanias miſſus, Aſtigi, & per Bœticam prædicauit. Fuit Ægyptius genere, vir apprimè Sanctus, cuius corpus ad euerſionem Hiſpaniæ ibi colebatur, quem S. Iulianus, ſiue Iſidorus, eleganti celebrat Hymno, qui penes nos adhùc eſt.

*Alexander Papa. Theodulus. Iuuenalis Criſpus, vel Criſpulus. Reſtitutus. Norbanus De Criſpulo inf. n. 84. Dexter. anno 303. p. 92 Martyrol. Ro. 10. die Iunij.*

4. Item Sanctorum Alexandri Papæ, Theoduli, & Iuuenalis Diaconorum. Obſeruatâ tēporum ratione, ſunt qui putent hunc Iuuenalem fuiſſe, qui ſcripſit Satiras Criſpi, vel Criſpuli & Reſtituti, qui venerunt ad Hiſpanias, qui fuerunt Martiali, Iuuenaliq; familiares, & prædicauerunt in Bætica. Norbani, qui cum Flauia Domitilla exulauit in Inſula Pontia (credibile eſt) eâdem cauſsâ.

*F. Ex-Conſulari.*

5. In Hiſpaniis memoria celebris eſt S. Cœleſtini Martyris, qui paſſus eſt Romæ in perſecutione Iuliani Apoſtatæ. Vir Conſularis ex conſulari Bætica Hiſpanus, cum aliis, tempore, quo Ioannes, & Paulus comprehenſi ſunt. Obiit in carcere ſecundâ Maij Martyr.

*Athanaſius Cæſarauguſtanus. Elpidius Toletanus. Baſilius Bracharenſis.*

6. In memoriis S. Iuſtæ reperi, quòd Eccleſiæ Hiſpanæ elegerunt Athanaſium Cæſarauguſtanum, Elpidium Toletanum, Baſilium Bracharenſem, qui cum aliis etiam ex Iudaiſmo & Gentiliſmo Paulum vinctum Romæ viſitarent, ipſique munera & refectiones deferentes conſolarentur; quod ipſe Paulus Cap. x. Epiſt. ad Hebræos docet, dum dicit: Et vinculis meis compaſſi eſtis: idque fuit ſub menſem Septembrem anno Domini quinquageſimo nono.



*Septēb. anno Dom. 59*

7. Viuebant in Hiſpania ex genere Iudæorum, qui quondam ex duodecim tribubus, quæ venerant ad Galliam, & inde ad Hiſpaniam, nonnulli, quorum redierant in Ieruſalem cum malis coniuncti, quorum maior pars fuit 2æ. tribuum Hieroſolymitarum; quæ ab Abdia dicitur Tranſmigratio in Hieruſalem.

*S. Ioannes Paulus Ouinus.*

8. S. Ioannes, & Paulus, & Ouinus Gallicanus vir Conſularis, quorum hic Alexandriæ, illi Romæ paſſi ſunt, Hiſpani Ṣagunthini, & in aula Cæſarum diu verſati.

9. Iudæorum Hiſpanorum Synagoga, quæ erat Hieroſolymæ, non conſenſit morti CHRISTI, nec fuit cum illis, qui petierunt Pilatum, vt occideretur; quin defenderat IESVM, (vt patet ex Euangelio Nicodemi) Iidem petierunt à Petro, vt mitteret Iacobum ad ſuos.

10. Huius Gentis, & Synagogæ tranſtuli in Latinum & Arabicum Epiſtolam, quam miſerat ex Ieruſalem ad Toletanos Iudæos, quæ incipit: *Eleazar Archiſynagogus Gentis Hiſpanæ.*

11. In vera religione præſtabant Toleti geniti ex Iudæis, quorum in Hiſpania S. Iacobus multos ad fidem conuerterat, qui erant de genere LXX. Seniorum, quos de nouem tribubus, ſenos de ſingulis, ex Hiſpania delegerat Eleazarus ſummus Sacerdos Hieroſolymitanus, quos LII. cum aliis 18. ex tribus tribubus degentibus Hieroſolymis deſtinauit ad Ptolomæum Philadel-

phum Regem Ægypti, vt conuerterent ex Hebræo in Græcum ſacras Scripturas. Hæc collegi ex Epiſtola, quam Hebræi Hiſpani morantes in Ieruſalem miſerunt ad Hiſpanos, & quam ego de Hebræo in Latinum, & Arabicum tranſtuli, erat alia *e tribus*.

12 Ex Annalibus Hebræorum Hiſpanorum collegi Ioannem Zaræam, & Sechomam, qui Duces fuerant Hebræorum, cùm illos hùc duxit Pyrrhus, cùm iuiſſent in Ægyptum, territos monitis Hieremiæ Prophetæ, priùs veniſſe in terram Iudá, deinde in Hiſpaniam. De quibus Ieremias c. 44. Et qui fugiunt gladium, reuertantur in terram Iuda. Certum eſt ibi non remanſiſſe, quia manſit illa terra ad reuerſionem Zorobabel deſolata.

*Thren.* *Ierem.* 1. *Ioſeph.* 10. *cap.* 11. *in fine.*

13 Quin & iſti duxerunt vxores filias Sedechiæ, quas ſecum aſportauerant collectas de terra Ægypti.

14 In eiſdem legi Annalibus multos Iudæos, ex XII. tribubus veniſſe in Hiſpaniam poſt tempora Regum, qui Dauidi, Regique Salomoni, & cæteris Iudææ Regibus pendebant tributa. Venerunt hûc illecti diuitiarum multitudine, ſoli, cælique bonitate. Veniebant exactores hûc. Et Adiram obiit Sagunthi ſub finem ætatis Salomonis, vbi perhonorificè ſepultus eſt, eius cernitur ſepulcrum.

15 Legi etiam, quod tertio quoque anno veniebant claſſes Salomonis in Tharſis ad Hiſpaniam, vbi vendebant merces, & inde per fretum Herculeum ibant in auream Cherſoneſum, & inde ad Hiſpanias; reuertentes adferebant ſimias, & pſyttacos ex Africa, & tributa, ex Hiſpania. Regulique tunc Hiſpaniæ illa offerebant, aurum, argentum, equos curules ſelectos, & Iudæi viuebant per colonias Hiſpali, Illiberæ, Bracharæ, Toleti, Vlyſſipone, & alibi.



*Tharſis in tractu Bætico: infrà n.* 19.

16 Poſt conditæ ſunt Carthago & Gades, Coloniæ Tyri, quæ primitùs receperunt fidem CHRISTI: Dauid vocat filias Tyri, pſal. 44. *Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur.*

*Carthago. Gades.*

*Dauid Pſal.* 44. *vide infra, n.* 25.

17 Bracharenſis, in Conciliis Toletanis habitabat in S. Leocadiæ Prætorio; Hiſpalenſis in ſuburbano eius Templo; Emeritanus in S. Eulaliæ; Narbonenſis in Paroch. Leocad.

18 Poſt mortem Baſilii Bracharenſis, prædicat ibi Hermolaus, pòſt Toletanus.

*Hermolaus.*

19 Legi pariter nauem illam, in quam ingreſſus eſt Ionas fuiſſe Gaditanam, quæ portauit Hieroſolymam purpuram, lanam, linum, ſtannum, cannabum, ſpartum; & inde redibat ad Hiſpaniam, quam vocat Propheta *Tharſis*, quaſi Tarteſſum, onerata balſamo, & aliis mercibus, habens inſigne Herculis cum duodecim laboribus.

*Tharſis quaſi Tarteſſus.* *Martial. li.* 9. *Epig.* 62. In Tarteſſiacis domus eſt notiſſima terris.

20 Legi & hos Hebræos ante Dauid in Hiſpania vſos eſſe nummis Hebræis Siclis cum inſi

*ſuprà n.* 17.

*Vena.* gni *venæ*, & virgæ, ædificaſſéque ad cultum Dei multas per Hiſpaniam Synagogas.

[ *Vide* de Siclo, & eius inſignibus Ant. Auguſtinum de Nummis, Pag. 11. b. c. & in Iconibus, Pag. 68. nummo 10. Cerdam in Aduerſ. cap. 90. 4. & 106. 28. vbi in loco Gerundenſis in fine Pentateuchi inuenitur ſcriptum. *Legebant autem ab vno latere* Siclus Siclorum; *ab altero* Ieruſalem ſancta; *& dicunt, figuram primam eſſe Virgam Aaronis cum Amygdalis & floribus ſuis; ſecundam verò eſſe* Vrnam *mannæ*. ]

21. Pampilonæ celebratur memoria S. Sophronii, Ciuis, & S. Paciani eiuſdem vrbis Epiſcopi, qui Sophronius cùm Græcæ linguæ doctiſſimus eſſet, vixit cum S. Hieronymo in eremo, aliquáque eius opera de Latino Græca fecit, & iam ſenex reuerſus, in patria obiit; celebratur eius natalis 1. Nouembris. *Sophronius. Pacianus. Diui Hieron. aliqua opera Græcè tranſtulit Sophronius.*

22. Baſilius ex primis [a] Diſcipulis S. Iacobi celebratur Gadibus, vt primus eius vrbis Epiſcopus à Iacobo poſitus, pòſt Bracharenſis, vt Epitacius Ambracianus, qui primus fuit antè Pontifex Tyrius poſitus à S. Iacobo; cùm peteret primò Syriam, delatus in Hiſpaniam, Ambratiæ martyrium paſſus eſt. *a F. è Baſilius. Epitacius.*

23. Quanquam Zephirinus Epiſcopus Valerienſis iuerit Romam, ſociis Liberato & Baiulo (& ſub Domitiano) ſimùl paſſi ſunt Romæ vltimis annis Trajani. Dicebatur hic Bitynicus Bajulus: ille verò Mannius Liberatus; Martialis amicitiâ coniuncti fuêre, ad quos ille non ſemél ſcribit. *Zepherinus, Liberatus, Bajulus, Martiali amicitiâ coniuncti.*



24 Durabat adhùc per hæc tempora memoria SS. fratrum Cyriaci, & Paulæ, Ciuium Malacitanorum, qui, doctrinâ S. Torquati Epiſcopi Malacitani S. Iacobi diſcipuli, conuerſi ad fidem, conſanguinei ſancti cuiuſdam Malacitani Centurionis, anno LX. in perſecutione Neronis paſſi ſunt 18. Iunij. *Cyriacus Paula. Torquatus. Hieron. in Martyrol. Equilinus li. 5. cap. 125. Martyrol. Roman. 18. Iunij. 18. Iunij*

25 In Annalibus Hiſpanorum eſt, S. Iacobum per partes Iudææ finitimas prædicaſſe, rogatum à Gaditanis prædicauiſſe Tyri, & quem ſecum Gaditanum detulit Epitacium ex Hiſpania, ibidem conſtituiſſe primum Epiſcopum Tyriorum. *Roa. in Malac. Prædicatio S. Iacobi in Hiſpania. Epitacius. Vide ſupra n. 16. & n. 22.*

26 Syrophæniſſa mulier, mater Mariæ Magdalenæ, de qua ſeptẽ Dæmonia Christvs eiecit ſecundum aliquos, & Christvm comitata eſt. Vocata fuit & Maria Suſanna in Baptiſmo, à Iacobo primùm ibi prædicante baptizata; quæ ſecutæ ſunt Iacobum in Hiſpaniam ad prædicationem venientes, & reuertentem Hieroſolymam comitatæ ſunt. Interim Beata Virgo cum S. Ioanne petierat Epheſum. Huius ſanctæ fœminæ matris, & filiæ feſtum colitur 1. Nouembris. *Maria Magdalena. Maria Suſanna.*

27 Celebratur memoria S. Pontificis Marini Toletani Epiſcopi, ad quem ſcripſit Melchiades Papa ſucceſſorem Melantii. *Marinus.*

28 Marinus Toletanus habuit Toleti Concilium Nationale.

29 Hæc eſt Suſanna Arthemii Idolorum ſacer- *Suſanna.*

dotis filia apud Tyrum rediens in *Hiſpaniam* Gadibus,anno circiter 54. in perſecutione Neronis,pro fide Chriſti paſſa eſt cum Martha. 20. die Septembris.

*Maria Magdalena.* Huius Suſannæ filia Maria Magdalena, aliàs Caſſolobita,in Diuinis Scripturis mirabiliter erudita, filia S. Suſannæ Martyris Chananææ,viuente matre, diutiùs cum illa fuit Gadibus. Poſt eius mortem petiit Romam, vbi interfuit morti SS.Apoſtolorum, fuitque Romæ, quam S. Paulus ſalutat, cap. xvi. ad Romanos. Inde reuerſa Tyrum, fuit Antiochiæ cum S. Ignatio. Pòſt ſub Cleto & Clemente fuit iterùm Romæ. Rurſus Gades rediit; poſtremò cùm ductus eſt Ignatius Romæ, vnà erat Tyri; vbi plena dierum, & ſapientiæ laude clara migrat ad Deum. Exſtat Epiſtola Ignatii ad ipſam ſcripta ex Hiſpania; altera eius. Notiſſima fuit S. M. Marcello; moritur maior centenariâ.

31 Nec deſunt qui credant paſſam martyrium, vt illa optauerat. S. Ignatius in fine Epiſtolæ, quam Antiochiâ miſerat.

32 Nicephorus & alii hanc Chananitidem faciunt Mariam Magdalenam, à Magdali Caſtello,ratione ſui patris, oriundam.

*Maria Magdalena.*

*Deuotio Hiſpanorum ergà Diuam Virginem Mariam (de qua vid. libell. de Cruce Carauacca.)*

33 Ab Apoſtolicis temporibus maxima per Hiſpanias in B. Virginem deuotio, & ſingularis amor; quam cùm in viuis eſſet, inuiſebant peregrini quotannis cum muneribus, eratque frequentiſſima, celeberrimáque peregrinatio, ex



ex totius Orbis partibus ad eam. Præcipuè Ciuitates hæ mittebant ſuos peregrinos, Tarraconenſes, Pampilonenſes, Barchinonenſes, Idienſes, Cæſaraugustani, Bracharenſes, Clunienſes, Aſturicenſes, Toletani, Emeritenſes, quibus, eorúmque Ciuitatibus, Virgo Sanctiſſima benedicens, & in ſuam tutelam recipiens, domos, lætos & deuotos remittebat.

34 Celebratur in Hiſpania dies, quâ S. Petrus venit in Hiſpaniam, illúmq; inuiſunt Martialis Lemouicenſis Epiſcopus; Lazarus Maſſilienſis, Maximinus Aquenſis, qui euntes, & redeuntes, Apoſtolico more, per Hiſpanias prædicant; venerant in Gallias, Anno 47. Domini. *D. Petrus, venit in Hiſpaniam.*

35 Lazarus, Maria, Martháq; B. VIRGINEM, dum Epheſi fuit, comitantur, & euntem, & redeuntem Hieroſolymam. Lazarus vnus de ſeptuaginta, poſt mortem Domini, fuit D. Petri Apoſtoli Diſcipulus. *Lazarus, Maria, & Martha comitantur D. Virginem.*

36 Memoria viget adhùc in Hiſpania, quòd Ioſephus Canei filius, Summus Sacerdos Iudæorum, eo tempore, quo & Theodes tumultuatus eſt, ac inſaniebat Simon Galilæus, oblatâ occaſione, conqueſtus eſt de Lazaro, Maximino, & Ioſepho, aliiſque viris, & fœminis ſanctiſſimis, quòd nouis ſuperſtitionibus Populum concitarent, & hæc querela delata eſt apud Tyberium Alexandrum, recèns factum Iudææ Procuratorem: & ita Lazarus, Maximinus, Ioſephúſq; de CHRISTI LXXII. Diſcipulis, cum Maria, *Lazarus, Maximinus, Ioſephus.*

*Maria. Martha. Marcella. Cæledonius.*

Martha, Marcella, & Cœledonio, & aliis circiter CXII. viris, impoſiti naui, ſutilis ſine velis, & remigio; quæ, Domino gubernante, depoſuit onus in portu Maſſilienſi, nihil paſſa, ex quo ſoluit è portu Ioppæ, legit terram poſt annos $\overline{\text{V.V.}}$ à morte CHRISTI.

37 Ex Annalibus Hiſpanorum Hebræorum collegi mulierem illam deprehenſam in adulterio, coniugem, fuiſſe ſenio confecti Manaſſe Hieroſolymitani, & vocatam eſſe Suſannam, cuius meminit Epiphanius Hære. 79. fuiſſe fœminam ſanctiſſimam Claudiam, & Diuum Iacobum venientem in Hiſpaniam ſecutam eſſe, ibíque remanſiſſe, ac demum jam ſenem ad Dominum migraſſe.

*Suſanna.*

*Seraphina.*

38 Sunt qui putent S. Seraphinam Virginem conuerſam eſſe prædicatione S. Iacobi, dum prædicaret in Gallecia, in Populo, qui nunc dicitur *Moncio*, antiquitùs, *Obobriga*, poſteà *Mamia*, ibique poſteà ſanctè quieuit 29. Iulij. S. Catherinæ Virginis, & Martyris, ab anno $\overline{\text{DC.}}$ celebratur; & paulò priùs inuecta eſt in Hiſpaniam à S. Leandro, Conſtantinopoli redeunte; & tempore Gotthorum, & Sarracenorum, eſt in Hiſpania, ad mea tempora, celebriter obſeruata.

*Moncio. Obobriga. Mamia. Catherina.*

39 Officium commune Sanctæ Viduæ fiebat, S. Annæ, à tẽpore Gotthorum; & à tempore Alphonſi ſexti, qui ſuſcepit Officium Gallicanum; introductũ eſt Proprium per Hiſpanias, procu-

*S. Anna.*



rante Regina Conſtantiâ; in cuius diei Officio compoſuit duos HYMNOS, quorum alter incipit: *Quem terra pontus.* alter: *Clara diei gaudia.*

*Iulianus auctor Hymnorũ, Quem terra pontus. Clara diei gaudia, &c.*

40 Vndecim mille Virgines Britannæ paſſæ ſunt, Duce S. Vrſulâ, in portu Colonienſi, propter caſtitatis cuſtodiam, quas Innocentius primus retulit in numerum Sanctarum Virginum, & Martyrum, & ſub communi Martyrum & Virginum ſemper, ab eo tempore, noſtra ſolenniter celebrauit Hiſpania.

*S. Vrſula. cum* $\overline{\text{XI.}}$ *M. V.*

41 Etiam legi in Annalibus Hebræorum Hiſpanorum, quòd quidam Hebræi fuerunt contra IESVM tempore Paſſionis teſtes; ſcilicèt Alexander, Annas, Ioſeph, Caiphas, Aldan, Proſin, Sidus, conſtantèr eum accuſantes coràm Pilato, plebémque contra eum concitantes. Pro illo fuerunt Lamas, Aſterius, Antonius, Caras, Samuel Archiſynagogus. Ex Synagogâ Toletanâ, Iſaac, Criſpus, Agrippa, Iudas, vxor Pilati, vocata Procula; quorum multi ad primam concionem, poſt Aduentum SPIRITVS SANCTI, CHRISTO crediderunt, & fuerunt Apoſtolici viri. Samuel noluerat conſentire ſcribentibus Hieroſolymis Iudæis ad Hiſpanos pro CHRISTI nece.

*Qui teſtes fuerint contrà* CHRISTVM, *& pro* CHRISTO.

*Procula vxor Pilati* prima *n.309. inf.*

42 Non miretur diligens Lector, quòd hæc inſeruerim meo Chronico, ſine temporum, annorumque diſtinctione; quia in meis Aduerſarijs, non habebam ſignatos annos, ideò

*Eleazarus conuerſus ad* CHRISTI *fidem; qui miſit, Hieroſolimis ne Iudæi Toletani conſentirent in necem Domini* IESV.

hic interſerui. Legi pariter, Eleazarum illum, qui miſit, Hieroſolymis (vbi erat Hiſpanæ Synagogæ Archiſynagogus, nam omnes Nationes habebant ibi ſuas Synagogas) ne Hiſpani, præſertim Iudæi Toletani, conſentirent neci Domini IESV, poſt CHRISTI Aſcenſionem, ad quandam Petri Principis Apoſtolorum concionem, conuerſum, baptizatúmque, illi adhæſiſſe, vnúmq; de duodecim, velut Apoſtolicis viris, (quos Apoſtoli ſinguli ſecum ferebant) fuiſſe. Quos Clemens Pontifex Maximus in Recognitionum, lib. 3. ſic enumerat. *Ibique adſtantibus ſibi duodecim, id eſt, Zachæo, & Sophronio, Ioſepho, & Michæa, Eleazaro, & Phinees, Lazaro, & Eliſæo, me Clemente, & Nicodemo, Niceta, & Aquila.*

43 Pòſt miſſis aliò, *Clemente*, Aquila & Nicetá, inſtituti ſunt Benjamin filius Sabà, Rubelus Zachæi frater, & Zacharias. Auctor idem aſſerit, Martyrem fuiſſe Lugduni :::::::: nimis ſenem.

*n. 38. ſup. S. Catharina, Dorothea.*

44 Superiùs mentionem feci S. Catharinæ Virginis, & Martyris, paſſæ ſub Maximino, in Alexandria. Hanc Euſebius Cæſarienſis Dorotheam vocat; quòd reverá fuit donum Deï, lib 8. Hiſt. c. 17. Fuit igitur binominis Virgo, Regia, ſanctiſſima, caſtiſſima, ſapientiſſima.

45 Cùm eſſet Toletanus Epiſcopus, ſanctus



Melantius, Confeſſor egregius CHRISTI, celebrari cæpit per Hiſpaniam ſanctiſſimæ pudiciſſimæque Sophroniæ, Præfecti Romani coniugis memoria, quæ (vt piè creditur) Diuino ſpiritus adflatu manum ſibi conſciuit, ne à Maxentio Cæſare ſordidiſſimo (quam ardentèr adpetebat) pollueretur.

*Sophronia manum ſibi conſciuit, ne pollueretur. inf. n. 49.*

46 Legi etiam in membranis S. Iuſtæ Toletanæ, characteribus Gotthicis ſcriptis, locum illum, 1. ad Corinthios Pauli, cap. 15. *Deinde Iacobo*; intelligendum de Iacobo Zebedæi filio, Hiſpaniarum Apoſtolo, quem DOMINVS, paulò priùs quàm aſcenderet in cœlum, adlocutus eſt; & ei ſigillatim adparens eſt conſolatus, dicens vt iret ſtatim, poſt prædicationem Euangelij, in Ieruſalem, Iudæám & Samariam, & Galilæam; quem locũ ſic fuiſſe interpretatos Iulianum in Hiſpania, B. M. Marcellum Eugenium, Honoratum, Pelagium, & cæteros ſanctos Archiepiſcopos Toletanos, adhæc vſque tempora; & Leandrum, Iſidorum, Fulgentium, primò Carthaginenſium in Hiſpaniá, mòx Aſtigitanum Epiſcopum, & cæteros Hiſpaniæ ſedium Patres.

*Locum Diui Pauli interpretatur.* [*Vid. D. Tho: Tamaio de Vargas ad Fl. Dextrũ.*]

47 Hæc, & alia collecta ſunt etiam ex Actis ſinceris Sancti Iacobi, quæ S. Apoſtolus, Zebedæi filius, de ſeipſo ſcripſit. Benè ſcio alia Thomæ, & Bartholomæi, corrupta

*S. Iacobi Acta.*

ab Hæreticis fuiſſe, quamquam alicubi reperiantur incorrupta. Hæc Acta habuiſſe lego Iſidorum Peluſiotam, quorum meminit in Epiſtolâ ad Aphrodiſium Preſbyterum, pòſt verò Epiſcopum Hiſpanum, qui interfuit Concilio Toletano, Conſule Stilicone ſecundùm, & Anthemio.

*S. Iacobus in Hiſpaniam venit ad prædicandum.*

48 Legi quoque, poſtquàm venit in Hiſpaniam ſanctus Iacobus Zebedæi filius ad prædicandum Fidem CHRISTI, S. Ioſephum, Decurionem, vt aliquis vult auctor, à Iacobo, & S. Philippo, aliiſque Pontificibus, Epiſcopum ordinatum, cum duodecim ſocjis, quorum aliqui fuerunt Epiſcopi, in Glaſconiam profectum; ibi Fidei prima ieciſſe fundamenta, Epiſcopóſque per aliquas Ciuitates creaſſe; & fidem CHRISTI dilataſſe, ac poſteà, beato fine, in perſecutione Domitiani quieuiſſe; clarum in vita mortéque, miraculorum gloriâ.

*Ioſeph Decurio cum duodecim ſocijs ordinatur.*

*S. Sophronia ſup. n. 45.*

49 Celeberrima memoria pariter fuit Sanctiſſimæ fœminæ Sophroniæ Præfecti coniugis, cuius Rufinus meminit, cap. 18. lib. 8. Quæ laceſſita à Maxentio, ne ſe violari pateretur, (vt creditur) Diuino ſpiritu acta, ſe peremit.

50 Et hoc plurimi faciendum eſt, quod in Annalibus Hebræorum legi, præſertim Hiſpanorum, ex illis, qui devenerunt ad Hiſpaniam, Aſſamoneum, patrem Simeonis,

*Aſſamoneus Marintus.*



cognomento Marintum, ex genere Sacerdotali, virum optimum, & eloquentiſſimum, qui tunc Sagunthi degebat in Hiſpaniâ, miſſum, cum alijs Gentilibus, Legatum, cum Bradio Bracharenſi ad Alexandrum magnum, eúmque comiter ſalutaſſe, Hiſpanorum nomine, & rogaſſe hominem, vt cum familiâ ſuâ ex Hiſpania rediret in Iudæam, redijsſéque: & cùm, aliquot elapſis annis, cæpiſſet infeſtare Carthaginenſes Hiſpanos, hunc & Simonem, Ioannis patrem, avum verò fortiſſimi & ſanctiſſimi Principis Matthatiæ, veniſſe ad Modinum, Oppidum Iudææ, & ibi, mortuis ac ſepultis Simone, ac Ioanne filijs, ad annos CXLVI. ſanctiſſimè ac fortiſſimè vixiſſe, & mortuum ſepultum eſſe; relictis quinque filijs, quorum Iudas Machabæus Dux exercitus fuit.

*Legatus miſſus ad Alexandrum Magnum.*

51 Calpurnianus, qui iuſſit occidi Sanctam Eulaliam Emeritenſem, Hercamenſis fuit.

*Calpurnius, S. Eulaliæ.*

52 Conſtat etiam patrem Eleazari Scribæ, & Martyris, ac patrem, & avum ſeptem Sanctiſsimorum Martyrum Machabæorum, cognatione cum Aſſamoneo, & Simone coniunctum, ex Hiſpaniâ veniſſe in Iudæam, & pòſt, Matthatiam, primum filium, vocaſſe Ioannem Gadis, à Gadibus accepto nomine, (quia eius mater dicitur fuiſſe Gaditana.) Iſti vocati ſunt Machabæi, quia ſecuti ſunt vexilla Iudæ; qui in vexillis pro

*Ioannes Gadis filius Eleazari.*

*Machabæi, vnde dicti.*

*Vide Baron. in Martyrol. primâ die Auguſti B.*

teſſera militari poſuit (vt ſcribit Iſaac Rabbinus) illud: *Quis ſimilis tui in fortibus Domine?* vt, 15. Exod. num. 11. Hebraicè מי כמכה באלם יהוה quarum dictionum initiales litteræ ſunt, מ.כ.ב.י, iunctæ faciunt per compendium: MACHBI, vel; MACHABOEI, vnde Duci, Militibúſq; nomen *Machabæorum* venit.

M.C.B.I.

53 Nec nimiam cauſam ſuſceptæ Legationis invenio, quòd Iudæi, quibus impensè fauebat Alexander, ab indigenis Gentilibus, vſque ad neces, & exilia terrerentur patrias leges relinquere. Auditi ſunt primi Legati, qui de Sacris, & Religione dicebant.

*S. Ioſephus ab Arimathia venit cum S. Iacobo in Hiſpaniam, & ab eodem creatus eſt Epiſcopus.*

54 Auctores habeo, qui conſtanter adſeuerant, inter comites, quos ſecùm tulit in Hiſpaniam Sanctus Iacobus, aduexiſſe S. Ioſephum ab Arimathiá, qui in Carperania, Celtiberia, Luſitaniâque, miraculis editis, in variis linguis prædicauit. A B. Iacobo & alijs Epiſcopis creatus eſt Epiſcopus; & cum S. Iacobo rediit in Iudæam; interfuit morti Sancti Iacobi, & poſt octo circiter annos in Iudææ prædicatione poſitos, in Galliam petiit, cum Maximino, Lazaro, Martha, & Maria, & aliis in naui, ſine remigio.

5 In membranis Gotthicis manuſcriptis, quæ ſeruantur in Eccleſia Cathedrali S. Iuſtæ, & Rufini Martyrum, Toletana, reperi Eccleſiam Cæſarauguſtanam de Pilari, primo



primo Concilio contra Hæreticos in Hiſpania collecto, nobilitatem. Nam vbinam commodiùs debuiſſent Epiſcopi Hiſpani conuenire, quàm in Templo, quod totius pietatis, & Religionis, non ſolùm in Hiſpaniâ, ſed in omnibus Occidentis partibus, fons, & origo fuit? Quod auſpiciis Diuæ MARIÆ cæptum, & præſentiâ Domini noſtri IESV CHRISTI dedicatum, per ipſum Dominum, fuit. Quod beneficium collatum eſt etiam, præſente Ioſeph ab Arimathiá, templo Glaſconenſi, vt ex Hiſtoriis, & priuilegiis Regum Anglorum, ad Henricum primum, conſtat.

*Primum Concilium contra hæreticos in Eccleſia Cæſarauguſtanâ de Pilari celebratum.*

56 Poſtquàm Iacobus rediit ex Hiſpaniâ, omnes Apoſtoli conſecrarunt, Nazareth, Domum, vbi B. VIRGO concepit Dominum, ipſi B. MARIÆ; quæ prima fuit Eccleſia, quam omnes Apoſtoli pariter Dei-paræ Virgini in Orientis partibus dedicarunt, poſt alias. Prima totius Orbis fuit Cæſarauguſta, ex quâ, à primá perſecutione Neronis ad vltimam, ſub Iuliano, multi Martyres prodierunt.

*Omnes Apoſtoli conſecrarunt Nazareth.*

*Prima Eccleſ. D. Virgini conſecrata fuit Cæſarauguſtana.*

57 Macedones impoſuerunt nomen *Axymæguadaxa*, prope Abilam.

*Aximæguadaxa.*

58 Ignatius, Epiſtolá ad S. Ioannem, meminit Salomes, matris eius.

*Salomes.*

59 S. Iacobus patrem Zebedæum creditur baptizaſſe. Fuit vnus de LXXII.

*S. Iacobus baptizauit Zebedæum.*

*Ariſtobulus primus Britanniæ Epiſc.*

60 Conſecratus eſt primus Britanniæ Epiſcopus Ariſtobulus, qui & Zebedæus; pater Ioannis, & Iacobi Apoſtolorum; qui etiã frater Cleophæ,& Ioſephi,genitricis Dei Sponſi; ſocérq; Petri, & Andreæ.Pòſt ſecutus eſt Petrum Romam, poſt mortẽ Iacobi filij, quem ad Hiſpanias ſecutus eſt. Inde ſecutus Petrum Romam; & in Gallias miſſus eſt; Et anno LX. cùm Ioſepho ab Arimathiâ patrueli, & aliis in Britanniam profectus, relicto fratre ſuo Barnabâ in Cypro, egregiè prædicans Euangelium CHRISTI priùs cum filio in Hibernia, Pontificales infulas, Martyrij gloriâ, decorauit. *15. Martij.*

*Maria Salome, mater Iacobi, & Ioannis, vxor Zebedæi, conſanguinea B. VIRGINIS.*

61 In Hiſpaniis nimis honorabilis eſt recordatio S. Mariæ Salomes, matris Iacobi, & Ioannis Apoſtolorum, vxoris verò Zebedæi, cognomento Ariſtobuli, B MARIÆ conſanguineæ,ſororíque. Sic ſtatuerunt Patres Hiſpani.

*Maria Salome non Ioſephi filia.*

62 Nec deſunt qui putent Salomen Mariam prædictam filiam,fuiſſe Ioſephi, vt Epiphanius Hær. 78. & alij doctores; ſed falluntur.

*Cleophas Diſcipulus* CHRISTI.

63 Clopas, Cleophas, & Cleopas, vnus & idem eſt de LXXII. Diſcipulus CHRISTI, qui ad Caſtellum Emaus Dominum cognouit; frater quidem Ioſephi, Sponſi MARIÆ Virginis. An idem fuerit Cleophas, cum Alpheo, non eſt certum.



*Alpheus, & Zachæus Epiſcopi in Palæſtinâ.*

64 In vetuſtis legi Martyrologiis, ſanctos Martyres fuiſſe in Palæſtina, Alpheum, & Zachæum, Epiſcopos; quorum alter fuit Epiſcopus Hieroſolymitanus; alter, pater Iacobi minoris.

*Perpetua Zebedæi filia.*

65 Legi quoque ſanctam Perpetuam, Ariſtobuli, ſeu Zebedæi, filiam, neptem ex fratre S. Barnabæ, Cleophæ, & Ioſephi, ſponſi Dei-Genitricis, paſſam Romæ XI. anno perſecutionis Neronianæ, quarto die Nouembris Fuit ſoror coniugis S. Andreæ Apoſtoli. *4. Nouemb.*

*Maria Salomè vxor Ariſtobuli: id eſt, Zebedæi. Vid. n.*

*Concordia & Lucina filiæ Ariſtobuli.*

66 Duas vxores habuit Ariſtobulus, vel Zebedæus; Mariam Salomen; ex quá ſuſtulit duas filias; Concordiam, quæ nupſit Petro, Romæ martyr. 4. Nouemb. anno XII. perſecutionis Neronianæ, vt dictum eſt. Alteram; Lucinam, & nupſit Andreæ; & Romæ fuit nobiliſſima, & Sanctiſſima Martyr; matrona, quæ in pace quieuit. Hæc Concordia habitauit cum ſuis generis, & filiabus, quam Dominus ſanauit à validiſſimis febribus, rogatu Apoſtolorum. Cornelius Centurio, Epiſcopus fuit ab Apoſtolis ordinatus, quem ſanctus Petrus baptizauit, anno ferè Domini XXXVI. Hic eſt qui dixit: *Verè filius erat iſte* Dei, in Paſſione. *4. Nouemb.*

*Cornelius Centurio, qui in paſſione dixit,* Verè filius erat iſte Dei.

67 A Zebede, Vrbe Galilææ, dictus eſt Zebedæus; nomen proprium; *Ariſtobulus*.

68 Celebris eſt per Hiſpanias memoria

*Xantippe Polyxena, & Rebecca, de Laminio. Vide D. Tho. Tamayo, de Vargas* en la Verdad, de F. Dextro. *fol. 31.*

ſanctarum fœminarum Xantippes viduæ, Polyxenæ, & Rebeccæ Virginum, quæ poſt annum DOMINI centeſimum quartum, *Marianiæ* Oppido, non procùl *Laminio*, defunctæ in pace. A M. Marcello, fratre duarum priorum, Archiepiſcopo Toletano dicto *S. Eugenio*, ſepultæ ſunt 23. Septembris.

*Laminium à Lamo Herculis filio Condita, vid. in præfat. & D. Tamayo, en la verdad de Dextro, fo. 30. 31.*

69 Laminium vrbem Carpetanorum ædificauit Lamus, Herculis filius, quaſi *Itio Lami* A verbo, ἴομαι, id eſt, *eo*, quidam dictum putant. Eſt nimis antiquum Oppidum, quòndam Romanorum Municipium, à Mauris dirutum.

*S. Indeletius prædicat Aſſotæ, & Lacedæmone.*

*F. Quipara.*

70 S. Indeletius, per oram Carthaginis, habetur celeberrimus, qui dicitur prædicaſſe Aſſotæ, & Lacedæmone; propinquis inter ſeſe Vrbibus, diuiſis fluuio Ripare intermedio, ſitis in duobus montibus, *Aſſota* ad Ortum; *Lacedæmone* ad Occaſum: ibíque reliquit Epiſcopum, qui poſt Eliocrokam tranſlatus eſt. Creditur has dirutas eſſe inundatione Maurorum.

*à Criſpulo credo.*

*Eucherius interfuit Concilio Illiberitano, pro tuo Epiſcopo Eucherio.*

71 Eucherius, Sanctus vir, celebratur per Hiſpanias, Archipresbyter Municipij Laminitani, ſic, per Antonomaſiam, dictus; qui interfuit, pro ſuo Epiſcopo Eucherio, Concilio Illiberitano.

*S. Oneſinus Epheſiorũ Epiſcop. profectus*

72 Non minùs celebris eſt memoria Sancti Oneſini, Epheſiorum Epiſcopi, qui pro-



fectus ex Hiſpaniis, Epheſum, anno CIII. ibi regit Eccleſiam vſquè ad decimumquintum ſuper centeſimum, & ſub Trajano raptus Epheſo Romam, grauiter tortus, ſub Tertullo Præſide, Romæ lapidibus obrutus eſt. 16. Februarii, anno CXV.

*ex Hiſpanijs. Epheſum, & paſſus Romæ.*

73 Quin & idem ſecutus eſt Paulum, iàm liberum, ad Hiſpanias; vbi prædicauit, rediit cum illo Romam, interfuit Pauli Martyrio; inde profectus eſt Coloſſos, & venit Patras; vbi reperit Polyxenam Hiſpanam, &, anno LXX, venit in Hiſpaniam, à Iuliano, Epiſcopo Carpetanorum, factus Presbyter, prædicauit Euangelium in Hiſpaniá plúſquàm XXXV. annis. Rediens Epheſum, ibi ſucceſſit Timotheo, defuncto, illo anno, ſcilicèt, centeſimo octauo.

*S. Oneſinus interfuit D. Pauli Martyrio.*

*Prædicauit Euangelium in Hiſpaniâ.*

74 In Cherſoneſo Hiſp. S. Elpidij. I. Toletani Archiepiſcopi, Diſcipuli Sancti Iacobi, qui paſſus eſt cum aliis. Celebratur 3. Nonas Iunii.

*S. Elpidius Diſcipulus S. Iacobi.*

75 Matidia Auguſta, Imperatoris Cæſaris, Traiani ſoror, Diſcipula ſecreta Sancti Clementis, accepit corpus Sancti Oneſini à Tertullo, Præfecto Romæ, perempti, & arcá argenteá clauſit.

*Matidia Soror Traiani.*

76 Turba, vel Turtulea, in Bateſtanis, nunc, *Torvarra-venas*.

77 In Luſitania, vbi Oppidum *Troxilium*, poſita ſunt caſtra Iulia.

*Trixilium.*

*Matidia ſoror Traiani, paſſa Romæ.* 78 Martia Matidia, ſoror Imperatoris Traiani, Virgo Sanctiſſima, paſſa eſt in perſecutione Antonini Pii, Romæ cum aliis ſociis. 3. Martii. Fuit Hiſpana, nec præter vnam hanc, habuit aliam ſororem Traianus.

79 Ab antiquis temporibus magna fuit deuotio ergà Sanctum Maurum, D. Benedicti Diſcipulum, Aſtigi, municipij Celticorum, prope Emeritam Auguſtam, quod nunc *Agmidalilum* vocatur. *S. Maurus. D. Benedicti Diſcipulus Aſtigis.* Agmidalilum.

*Vrci.* 80 Vrci in Tarraconenſi Prouincia, quæ nunc ::::::dicitur, in littore Maris Mediterranei, non procùl Carthagine, ſedes Epiſcopalis fuit, vbi Sanctus Endeletius Epiſcopus, Diſcipulus Sancti Iacobi prædicauit; partitur terminos cum Epiſcopatu Baſtitano, per Igeſtum; nunc *Velezblanco* dicitur, cum Bigaſtro, ſcilicèt, *Murcia*, & Fluuio, & Oppido *Munda*. *S. Endeletius Epiſcopus. Diſcipulus S. Iacobi. Igeſtum.* Velezblanco. *Bigaſtrum.* Murcia. *inf. n. 186.*

*S. Endeletius Prædicat.* 81 *S.* Endeletius prædicat Carthagine Bigaſtri, Illicone, Aſſotæ, Lacedæmone, Eliocrotæ; vbi poſuit Epiſcopos.

*L. Æmilius Rectus fuit Chriſtianus, & Martyr.* 82 Conuertuntur viri, parentéſque ibi, L. Æmilij Recti; qui etiam fuit Chriſtianus, & reliquit Reipublicæ Aſſotanorum Agrippam ſuo teſtamento pro Chriſtianis. Et ſub Antonino Pio, iam ſenior, cum Caſto, traiiciens in Africam, à Proconſule Carthaginenſi comprehenſi, metu ignium,



primò defecêre; pòſt, à Deo confortati, pro CHRISTO, combuſti, mirabilitèr paſſi ſunt Martyrium. 22. menſis Maij, quorum mentio eſt celebris apud *S.* Cyprianum. *Martyrol. 22. Maij.*

83 Luſitani à Vaccâ Oppido profecti, ſub Auguſti tempora conſiſtentes, non procùl Aſſotâ, & Lacedæmone Ciuitatibus, condiderunt Oppidum, cognomine patrio, vocantes *Vaccam*, & quia meliori cœlo, ſolóque: *Charam-Vaccam*, quaſi dilectam, dixerunt. *Vacca. Carravacca.*

84 Célebris eſt in Hiſpaniá memoria Sancti Criſpuli, qui paſſus eſt in Oppido Caravaccenſi, die decimo menſis Iunij, propè Bæthicam. *S. Criſpulus paſſus Caravaccæ ſup. n.* *10. Iunij.*

85 Asdrubal Pœnus, & qui cum eo venerunt, à Bullá, Regiâ Ciuitate Africæ, condiderunt Carthaginem nouam, & Oppidum, non procul Aſſotâ. 22. Mill. paſſ. dictum *Villas-regias*, quod poſteà corrumpentes Sarraceni, vocauerunt *Bullas-regias*. *Aſdrubal condidit Carthaginem. inf. n. 87. Bulla.* Villas regias.

86 Viá Caravaccâ, vel Eliocrocâ *Murtiam*, quæ quòndam ſub Gotthis dicta eſt *Bigaſtrum*, Romani frequentarunt, ſcilicèt, Canariam, *Bullas-regias*. Ad littus eſt Argos, vbi paſſus eſt *S.* Reſtitutus. 10. Iunij, ſocius Criſpuli. *Murcia olim Bigaſtrum. Suprà. n. 80.*

87 ::::::::::::::::::::: via petetur Carthaginem nouam, ædificatam à:::::::::: anno DCC. antè CHRISTVM natum, Balnea Deitanorum, *& Asdrubale. Sup. n. 85.* corruptiſſimus ſanè locus.

*Deitania.*

Deitaniam Vrbem, quæ Prouinciæ nomen dedit Balnea Fortunata; Mulam, Labella.

*Carthago Spartaria Ilici, Thiar. Orcola.*

88 Via quædam Tarracone Carthaginem Spartariam CCC.XXXI. Mill. paſſ. Ilici Carthaginem Thiar. XX. Carthagine Spartariâ XXV. eſt Ilici, nunc *Orcola*.

89 In eadem viâ Thyar. id eſt, Thyaros, eſt à Græcis Oppidum ædificatum, ſic dictum à copia lolij, naſcentis ibi.

*Complutum quæ nunc* Guadalaxara. *inf. n. 93. 95 & 420. Quãdo captũ, Adephonſus Rex ſibi retinuit. Eccle. Tol. Donauit eius Nepos.*

60 Nunquam *Complutum* diruta eſt, quæ nunc eſt *Guadalaxara*, id eſt, fluvius lapidum. Ædificari cæpta *Alcala* in *Campo laudabili*, ab anno M. LXXXVI. Ibi ego vixi anno 1094. *Alcala* vetus, in collibus poſita, capta eſt à D. Bernardo. Retinuit ſibi Oppidum fortè Rex Adephonſus; nepos eius, Eccleſiæ Toletanæ donauit.

*Domus nonnullæ Complutenſium dirutæ.*

91 Erant propè *Alcalam* de *Campo laudabili*, domus nonnullæ, & Prætoria diuitum, & præcipuorum Complutenſium; quas, vel tempore lapſas, vel dirutas à Mauris, credo.

*Apparet Crux D. Bernard.*

92 Dúmque Dominus Bernardus, die S. Crucis, anno M. CXVIII. menſe Maio, vehementer vrgeret Mauros Alcalæ, poſitæ in collibus, apparuit Crux in aëre ſplendidiſſima; Maurique dilapſi ſunt metu; & dies hic Toletanis ſolemnis fuit. Ferunt Imperatorem illud Oppidum, item expugnauiſſe, anno M. CII.

93 Epiſcopus



*Epiſcopatus Guadalaxarenſis. I. Complutenſis. Vide ſup. n. 90. inf. 95. & 420. Nonius Petrus Pater* IVLIANI.

93 Epiſcopus vltimus Guadalaxarenſis, vel Complutenſis, manſit ad annum DOMINI ML. quem ſanctum virum cognouit Pater meus Nonius Petrus, Mixtiarabs: Quia reprehendebat Mauros, fugauerunt eum; & diruerunt Eccleſiam Sanctæ MARIÆ, vbi erat Sedes Epiſcopalis.

*Complutum à Græcis conditum.*

94 Complutum, quod Oppidum eſt in confiniis Carpetaniæ, & Celtiberiæ, ſunt qui putent à Græcis eſſe conditum.

*Alcala. Vide ſup. n. 90 & 93. & inf. 420.*

95 Mauri, quàmprimùm lucrati ſunt Complutum, ædificatum ampliauerunt in *Campo laudabili* Villulam, quam *Alcala* vocauerunt, quod Imperator Adephonſus Sextus lucratus eſt à Mauris, anno, quo Toletum ſcilicet M. LXXXV. poſteà data eſt Raïmundo.

*Guſia.*

96 In iſta Villula fuerat olim Oppidum egregium à Gotthis ædificatum, quod vocabatur *Guſia*, vnde incipiebat Epiſcopatus Complutenſis. Ædificauit Siſenandus Rex; & ibi erat menſa viridis; poſteà Muza *vocant* illam, *Almedina Zaheida*, id eſt, *Ciuitas menſa*.

*F. vocant. Almedina Zaheida.*

*Eleutherius Martyr Perſa, Primipilus paſſus Alcæ.*

97 In Celtiberiæ finibus, Vrbe, *Alcæ* Sanctus Martyr Eleutherius, cum ſociis Mundenſibus, & Certimitanis, quæ vrbes *Alcæ* propinquæ ſunt, in perſecutione Neronis pro CHRISTO paſſi, Idibus Aprilis, terrenam militiam pro cæleſti mutauerunt. Erant

enim in præſidio Vrbis *Alcæ* vetuſtiſſimæ, à Claudio Tyberioque poſiti Legionis Tertiæ Gallicæ. Eleutherius fuit Perſa Primipilis.

*Neocompluť. Alcala Vide. ſup. n. 90.93.95. & inf. 420*

98 Oppidulum à Mauris dictum *Alcala*, ab aliis dictum eſt Neocomplutum.

99 *S*unt qui dicant *S*anctum Prophetam à Iacobo ſuſcitatum fuiſſe. Sanctum Petrum Bracharenſem.

*S. Vibianus Epiſcopus Xantonenſis.*

100 De genere F. Vibiani, Ilici, in Bæticâ, dicitur profectus S. Vibianus, Epiſcopus Xantonenſis, qui celebratur 28. Auguſti.

*Pontifices Cæſarum diſputant de Religione cum Diſcipulis S. Iacobi, & vincuntur.*

101 Cùm per Bæticam prædicat Sanctus Iacobus, Zebedæi filius, ingreſſo illo *Antiquariam*, de Religione diſputant cum Diſcipulis eius *S*acerdotes Idolorum; præſer- Cornelius Proculus, Cornelius Baſſus. Pontifices Cæſarum, diſputantes vincuntur.

*S. Clemens. Vide inf. n. 104. & 117.*

102 S. Clemens, primò adhæſit *S.* Petro, Romam vſque illum comitatus; deinde, Petro Romá exule, eius iuſſu quæſitum Paulum it Philippos, vbi docuit, vt ex ipſo Paulo conſtat: & cùm in primis vinculis Romæ eſſet, is adhùc erat Philippis; nec cùm ſcripſit ad Romanos, erat Romæ Clemens; cuius nullo modo (ſi ibi eſſet) reliquiſſet memoriam: póſt, ad ſecunda vincula venit Romam, & Apoſtolis adhæſit.

*Comitatus S. Petrum per Hiſpanias Gallias, & Britannis.*

103 *S*unt qui putent, póſt, ex Philippis reverſum, S. Petrum ad Hiſpanias, Gallias, & Britannias euntem, comitatum fuiſſe.



*T. Flauius Clemens pater T. Fl. Clementis, Epiſcopus primus Metenſis. Vide ſup. n. 102. & inf. 117.*

104 T. Flauius Clemens ſenior pater T. Flauij Clementis, (fuit vterque Conſularis.) Epiſcopus primus Metenſis, (cuius vxor Fl. Domitilla ſenior) prædicat per Noricum, miſſus à Sancto Petro, anno LXIII. manet, póſt. V. annos prædicationis, Metis XXV. annis. Iam ſenior; XXVII. Nouembris, Metis obiit. Occiſus eſt anno XCIIX. iuſſu Domitiani Imperatoris, Fidei cauſá, qui vulgò vocatus eſt *Confeſſor*, more veteri; nam quod Græcè *Martyr*, Latinè eſt, *Confeſſor*. Alter fuit Conſul ſuffectus, anno DOMINI LXVI. Ordinarius, Licinius Craſſus.

*T. Flauius Petronillus.*

105 Ex Annalibus vetuſtis Romanorum collegi T. Flauium Petronium genuiſſe, natu maximum, T. Sabinum, T. Flauium Clementem. Fl. Fauſtum, Fauſtinam, & Plautillam, cognatos Auguſti. Fuit pater Fauſtinus, qui, iuſſu Auguſti, duxit Matidiam clariſſimam feminam; ex hac Fauſtus :::::::: & Clemens Papa nati; ex Plautillá, Fl. Domitilla Virgo, & Martyr. T. Sabinus, pater fuit T. Sabini Præfecti Vrbis; qui genuit T. Fla. Clementem Conſulem, & Martyrem, anno XCIIX. & Veſpaſianum, patrem Titi, & Domitiani, Auguſtorum. T. Flauius Clemens, Frater Senioris Sabini, Conſul ſuffectus, anno LXIIX. Epiſcopus fuit Metenſis; quibuſdám Martyr.

*Tit. Sabinus pater Veſpaſ. Imp.*

106 Celebris habetur memoria, per Hiſ-

*S. Felicianus Martyr.*

paniaſ, Sancti Feliciani Martyris, Cordubæ paſſi XII. Kal. Aug. ſub Neronis Imperio.

*Vide doctiſsimũ P. Martinum de Roa, in libello de Martyr. Cordub.*

*S. Antoninus Epiſcopus Meldenſis.*

107 In pretio habetur S. Antoninus, vel Antonius, Epiſcopus Meldenſis ſucceſſor, Sancti Seutini, qui Preſbyter, conuertit S. Torpetem.

108 Cùm Auguſtus iuſſit, Pub. Cariſium deducere Toletum Coloniam Militum emeritorum; iuſſit, pro commoditate Prouinciarum Hiſpaniæ, vbi fuiſſet primaria *Poteſtas* Iudicij, ad quam, tanquàm ad umbilicum Hiſpaniæ, ex omnibus Hiſpaniæ partibus conflueretur; quo tempore non erant tot *Conuentus* Iuridici.

*Toleti fuit primaria Poteſtas iudicij.*

109 Raſes Toletum, *Cubile Cæſaris Auguſti*, vocat, quam fecit Coloniã; quia ibi erat Præſes, qui jus dicebat cunctis Hiſpaniæ Populis; eratque vt caput totius Prouinciæ, propter eius fortitudinem; & ibi ſeruabantur Theſauri Tributorum, & Vectigalium Populi Romani, quam, vt ſedem Patriarchalem, elegerunt Apoſtoli, vt in tuto eſſent Pontifices, qui conuenirent ad Concilia celebranda.

*Toletum Camera Cæſaris.*

*Pòſt ſedes Patriarchalis.*

110 Legatus Imperatoris, hyeme, Tarracone, vel Carthagine verſatur; aliis verò temporibus, maiori ex parte, Toleti jus dicitur; vbi & militare Præſidium reſidet, ſeruans Mediterranea.

*Legati, quiâ in Ciuitate, & quo tẽpore ius dicebant.*

111 Toleti, tanquàm in meditullio totius

*Toleti cõueniebãt Optimates.*



Hiſpaniæ, conueniebant Optimates, ad conſulendum res totius Prouinciæ.

112 Domus, & ſeries Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporúmque, quam ſeorſim præmiſit Sanctus Papa Anacletus, ad meas manus peruenit; ibiq; Primas, vel Patriarcha totius Hiſpaniæ, Toletanus, deſignatur. Eratque tùnc poſt Iulianum S.M. Marcellus Eugenius. Hiſpali, Cordubæ, Tarracone, Carthagine, erant Archiepiſcopi.

*Seriẽ Patriarcharum Archiep. & Epiſcoporum ſuſcepit S. Anacletus Papa. Primas & Patriarcha totius Hiſp. Tolet. Archiep. inf. n. 133. & 142.*

113 In ſingulis Ciuitatibus, præcipuè Conuentibus, erant Epiſcopi.

114 Eccleſia Hiſpana mirificè communicat cum Hieroſolymitaná, miſſis vltrò citróque frequentibus litteris; dùm vixit Sanctus Iacobus, qui dicitur Alphei filius; & alij Pontifices poſt eius mortem.

*Eccleſia Hiſp. communicat cum Hieroſolymitaná.*

115 Eccleſiæ totius Hiſpaniæ dederant vices ſuas Sancto Iacobo, quem tanquàm Magiſtrum cognoſcebant ad electionem omnium, & in Quæſtione Legatorum, reſpondit pro Eccleſiâ ſuâ, & Hiſpaniâ.

*Eccleſiæ Hiſp. dãt vices ſuas S. Iacobo.*

116 Propter conuictum Eccleſiarum Hiſpaniæ, & Hieroſolymitanæ, multæ vacant adhùc in Ieruſalem. vt Cæſarauguſtana, Bracharenſis, Emeritana, & Toletana, & aliæ.

117 Sanctus Clemens, electus, & conſecratus Epiſcopus à S. Petro; poſt eius mortem Sardis prædicauit, vbi mortuus, ſucceſ-

*S. Clemens Epiſc. Sardis prædicauit. Vide ſup. n. 102. 103.*

ſorem reliquit, qui creditur eſſe, cui 3. Apocalypſeos Ioannes ſcripſit. Reuerſus ergò, Romæ fuit, anno DOMINI octogeſimo ſecundo.

*Euſebius Cæſarieſis ſcripſit vitas Martyrum, Epiſ. & VIRGINVM. & ſeriem Toletanorum Epiſcop. & Baptiſmum Conſtantini.*

118 Ex libro Euſebij Cæſarienſis, 12. ſcripſit enim Vitas Martyrum, Epiſcoporum, & Virginum omnium Prouinciarum viginti libris Græcè; ibique ſeriem Toletanorum Epiſcoporum, lib. 7. ab Elpidio, S. Iacobi maioris Diſcipulo, Epiſcopo, & Iuliano, Saturnino, Philippo, M. Marcello, Eugenio, Honorato, M. Pelagio, & alijs. Scripſit, inquàm, Græcè Actus baptiſmi, Romæ, Conſtantini; & alia, in vitâ Sancti Syluestri.

*Conſtantinus Magnus.*

119 Ad meum vſque tempus, in aliquibus Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæque Ciuitatibus, celebratum fuit nomen Conſtantini Magni, qui vir, Sanctus habitus eſt, & ex antiquo, in omnibus Eccleſijs Orientalibus.

*Iacobus Frater DOMINI Epiſcop. Hieroſolymitanus curabat res Eccleſiarum præcipuè Hiſpanarum ex iuſſu B. VIRGINIS.*

120 Iacobus Frater DOMINI, primus Epiſcopus Hieroſolymitanus, ex commiſſione ſancti Petri Principis Apoſtolorum, & CHRISTI ſucceſſoris in ECCLESIÆ regimine, curabat res Eccleſiarum, præſertim Hiſpanarum; cui creditur id iniunxiſſe B. VIRGINEM, ob amorem, quo proſequebatur Eccleſiam Hiſpanorum, in Occidente primogenitam.

121 Noë, Sem, hic Aram, hic, Huz, hic,



*Rodoram primus Toleti fundatur.*

Rodoram, primum fundatorem Toleti genuit, ex Annalibus Hebræorum.

*S. Iacobus communem Miſſam, & ſolennem in Hiſpaniâ celebrauit.*

122 S. Iacobus, & communem Miſſam, & ſolennem in Hiſpaniâ celebrauit. Solemnis eſt, quam, ex Concilio Sancti Petri, & duodecim Apoſtolorum; quæ incipit apud Clementem, cap. 12. lib. 8. Conſtitutionum Apoſtolicarum. Fuit autem, & Diaconus, dicit: *Ite in pace.* Hanc SS. Patres adauxerunt, ſcilicèt Eugenius, Melantius Olympius, Audentius, Petrus, Leander, Iſidorus, Iulianus, Fructuoſus; quæ nunc Muzarabum dicitur.

123 Hæc dicebatur à Iacobo & Succeſſoribus in ſolemnibus feſtis, conſecrationibus Epiſcoporum, ac breuiſſima tantum aliis diebus.

*Alpheus Pater Iacobi, Zachæus, & Micheas Martyres.*

124 In perſecutionis Neronianæ principio, anno Domini LIX, paſſi ſunt in Palæſtinâ, Alpheus Pater Iacobi, Zachæus, & Micheas, Diſcipuli ſancti Petri, qui, poſt diros cruciatus, coronati ſunt.

*Petrus Epiſc. Toletanus iuit Hieroſolymã, vt inuiſeret Loca Sacra, & Auunculum ſuum.*

125 Petrus, Epiſcopus Toletanus, tempore captiuitatis, nepos ex ſorore Nicephori, Patriarchæ Hieroſolymitani, Succeſſor Salauati ſecundi, relicto Vicario Toleti, Paſchali Archidiacono, petiuit Hieroſolymam, vt inuiſeret Sacra Loca, & Auunculum. Inuiſit Patriarcham Antiochenum, & fuit cauſa, vt litigia inter illas Eccleſias, & Ro-

*Leo nonus ſcripſit Petro Epiſcopo Tolet.*

manam ſedarentur. Agit illi gratias Leo nonus Papa, miſſis litteris, quæ incipiunt: *Congratulamur.*

126 Mortuo námque Patriarchâ Antiocheno, factus eſt iſte, Patriarcha.

*Petrus Archiep. S. Iuſtæ.*

127 Pro tempore Sedem ceſſit, vt ad ſuam rediret; rediit autem anno DOMINI ∞ LXXVI. nam mortuo Paſchali, iterùm electus eſt, & vocari conſueuit, ſicut alii, Archiepiſcopus S. Iuſtæ: quia ibi reſidebant.

*Euſebius ſcripſit ad Marinum, Toletanũ Epiſcopum.*

128 Euſebius Cæſarienſis, habitá temporum ratione, videtur ſcripſiſſe ad Marinum, vel Camarinum, Pontificem Toletanum, ad quem etiam Melchiades.

*In Cõcilio Arelatenſi abſolutus eſt Cæcilianus, & Oſius.*

129 Marinus præfuit Concilio Arelatenſium, quo, præſente Conſtantino Auguſto, abſolutus eſt præſens Cæcilianus; abſolutus etiam Oſius Cordubenſis, qui fuerat ab Hiſpánis Epiſcopis, vt proditor, damnatus, ex callida admonitione Epiſcoporum Schiſmaticorum Africæ.

*Marinus Epiſcopus Tolet. Conſtantino, & Oſio familiaris.*

130 Fuit autem hic Marinus, vir doctus, Epiſcopus Toletanus & poſtmodùm Oſio, Conſtantinóq; valdè familiaris.

131 Sanctiſſimi CHRISTI Confeſſores, qui Concilio Illiberitano interfuerunt, Oſius Cordubensis, Melantius Toletanus, Synagius Bracharensis, Sabinus Hiſpalensis, & alij, grauiter torti ſunt, vt Sacras Scripturas traderent; ſe tamen nunquàm tradituros reſponderunt.



reſponderunt. anno CCCIV. vel CCCV. iuſſu Conſtantii, Cleri iuſſi ſunt dimitti.

*Leocadia Martyr, & alij.*

132 Non ſolùm Epiſcopi, & Miniſtri, ſed Laici: non ſolùm viri, ſed fœminæ per Orbem tradere coguntur Libros Sacros; & quòd ad collectum conuenerint, & Dominicam celebrauerint, & Libros non tradiderint, in Italiâ, Hiſpaniâ, paſſi ſunt multi; & in iis Leocadia, Vincentius, Chriſtina, & Chriſteta, Eulalia vtraque, & Lucretia.

*Toletanus Primas Primatũ Hiſpaniæ. ſup. n. 112. inf. n. 142.*

133. A primis temporibus fuerunt in Hiſpaniâ, in ſingulis Prouincijs, Primates. Omnium illorum Caput fuit Toletanus. quem morem Eccleſia ſecuta eſt Africana, & aliæ multæ Eccleſiæ.

*Nabuchordon, qui & Pyrrh. tranſtulit ex duodecim tribubus 40. in Hiſpaniam.*

134 Nabuchordon, qui & Pyrrhus, tranſtulit ex duodecim tribubus, quæ erant in Iudæâ, in Hiſpaniam XL. fuêre. III. octauo anno Nabuchodonoſor.

*Primas Tolet. conſecratur à Vicarijs.*

135 Credibile eſt, Primatum Primatem Toletanum, à Vicariis conſecrari ſolitum; vt Carthaginenſis & Romanus Pontifex faciebant.

*D. Iacob. prædicauit in Hiberniâ. Vide n. 167. & 208. page 56.*

*Ariſtobulus ſiue Zebdæus primus Epiſc. Hiberniæ relictus. à S. Iacobo filio.*

136 Legi apud ad Dextrum Barchinonenſem, Sanctum Iacobum ex reditu ab Hiſpaniis, in Hiberniá prædicaſſe. Adſcendit nauem, in portu Galleciæ Bragantino. Profectus cum Ariſtobulo, vel Zebedæo, patre illius, qui dicitur ibidem relictus primus Epiſcopus; Et inde tranſiit

in Britanniam. Reliquit in Hibernia Epiſcopos, & Preſbyteros, ac Diaconos multos.

*Melita Inſula Sedes Epiſcopalis pertinuit ad Eccleſiam Africanam.*

137 Meditá Inſulá, quæ & *Maleuita* dicitur Eccleſia Epiſcopalis; priùs pertinuit ad Eccleſiam Africanam; cuius Ciuitas Colonia fuit Carthaginenſium; ibi celebratum Concilium Mileuitanum. ab Epiſcopis Africanis.

*Milevita. Melita.*

138 In Conciliis Carthaginenſibus, & apud Antoninum pro *Mileo*, legendùm eſt *Mile-vita*, eſt dicta Inſula *Melita*, ideſt, *Meleta*.

*Theodulphus, Epiſcop. Aurelianenſis, venit in Hiſpaniam tulit reliquias S. Iacobi. Scripſit tranſlationem S. Iacobi in Hiſpaniam.*

139 Theodulphus, Epiſcopus Aurelianenſis, poſtquàm fuerat Abbas Floriacenſis, veniſſe dicitur in Hiſpaniam peregrinationis gratiâ, vndè reliquias tulit Sancti Iacobi, quas viſitauit in Compoſtella; quas poſuit in Eccleſiá Neuſtriæ; exſcripſitque tranſlationem Sancti Iacobi ex Hieroſolymá in Hiſpaniam, vbi prædicauerat, quæ ſic recipit: *Spiritum Sanctum Paracletum.* quæ in libris habetur Eccleſiæ Sanctæ Iuſtæ Toletanæ, litteris Gotthicis ſcripta, anno $\overline{cc}$.

*S. Iacobus ſepultus in monte Caluario.*

140 Sepultus eſt Iacobus in monte Caluario, propè Sepulchrum Domini noſtri IESV CHRISTI, in humili loco; inde vero, Diuinâ tranſlatione, per Diſcipulos adlatum ad Ioppem.

*Portus Mauri.*

141 In flumine Tamari, prope Petrum



Nieratiæ, nùnc vulgò dictus eſt, *Portus Mauri*, eſt Pons, quo pertranſito, cecidit, & Regem, & milites in Gallecia, perſequentes Diſcipulos Sancti Iacobi, mirabiliter oppreſſit.

*Pons mirabiliter diſſoluitur.*

142 S. Leo Magnus, poſt Concilium, Chalcedonenſe, quibuſcunque Sedibus ſuas Vrbes deſignauit, & in Hiſpaniâ, Toletum, in Galliá verò, Mennam, voluit eſſe Primates Primatum, vtpotè Sedes ab Apoſtolis conſtitutas.

*Toletanus Primas Primatū Hiſpaniæ. ſup. n. 112. & 133.*

143 Primas Primatum Toletanus, examinabat omnes *Formatas*, extra Hiſpanias venientes, & dabat Hiſpanis, foràs euntibus; vel datas ab aliis Epiſcopis Hiſpaniæ ſimùl ipſe ſignabat.

*Toletanus Primas examinabat epiſt. formatas, de quibus, vide in Teſſera legum. p. 53.*

144 Genilphus Epiſcopus, traiectâ Galliâ venit ad fines Hiſpaniæ, miſſus eſt à Sancto Sixto Papa cum patre ſuo Genito. Prædicaſſe fertur Gerundenſibus in Hiſpaniá; poſt verò rediit ad Aquitaniam, prædicationis cauſsá.

*Genilphus prædicauit Gerundēſibus, & pòſt Aquitanis.*
*Genitus, Pater Genilphi.*

145 Sunt qui dicant DOMINVM meum Bernardum, Primatem Toleti, dictum, cauſsá cuiuſdam patrui ſui, dicti Bernardi, ad quem ſcribit Sanctus Abbo, Abbas Benedictinus Floriacenſis, cuius causâ fit monachus.

*Bernardus, Primas Toleti.*

146 Multa memoria eſt apud Hiſpanos Sancti Gildæ Monachi, cognomento *Sa-*

*S. Gilda Sapiēs compoſuit vaticinium.*

*Euerſionis Hiſpaniæ, & ſcripſit Epiſtolas, quas ſeruauit Iulianus. Brigida. Eius corpus repertum.*

pientis; cuius Epiſtolæ penès me ſunt, & vaticinium euerſionis Hiſpaniæ. Natus anno CDLIV. obijt 27. Ianuarij; anno DXLIII. vixit ferè XC. annos nactos eſt S. Brigidam. Eius corpus repertum eodem anno XV. idus Maij, primâ die Rogationum.

*Cantoſolia duo Oppida.*

147 Apud Antoninum Pium *Cantoſolia*, duo ſunt Oppida, non vnum.

*Diuiſio ſediũ diæceſis Toletanæ. Oretum. Calatrava.*

148 In diuiſione Sedium, præcipuè Toletanæ Diæceſis ) prima Sedes illi ſubiecta eſt Oretum; non *Calatrava*, ſed *Sancta Maria de Oreto*, vel *Aegueca*, trans flumen Sabalonem. Habet ab Oriente ad Occidentem Petra-Campaniam: Petra, vulgò, *Rochafreda*, propè lacunas Anæ Fluminis; Campania eſt vſque ad planiciem, *Almodovares de Campania*. A Septentrione ad Meridiem, Galla, nùnc *Malagon*. Ad Ecigam, nunc parietinas dictas, *Cecilas*; Ptolomæo Cæcila, corruptè *Eciga*.

*Rochafreda. Almodovares. Malagon. Eciga.*

149 Toleti habetur in honore Sanctus Geneſius, Martyr Cordubenſis; paſſus ſub Nerone, cuius corpus à Chriſtianis Cordubenſibus adlatum eſt, ex Cordubá Alarcurrin; & reuelante DOMINO, Imperatori Adephonſo, qui Toletum lucratus eſt; cuius cauſsá reſtituit Toleti Sancto Geneſio veterem Parochiam. Celebratur 20. die menſis Auguſti. Dicitur Hiſpanus fuiſſe, & miles Legionarius, in caſtello Nutenenſi.

*Geneſius Martyr Cordubẽſis.*



150 Sanctus Venuſtus, qui paſſus eſt Romæ, cùm multis functus eſſet muneribus publicis, 22. die Maij; cuius aliàs memini. creditur dictus; Pub. Babius Venuſtus, Oretanus fuiſſe, qui pontem in honorem templi B. MARIÆ, condidit, petente Ordine Oretanorum, vt pateret aditus ad Templum XXC. HS.

*Pub. Babius Venuſtius paſſus Romæ. Cõdidit põtem Oretanum, vt pateret aditus ad Templũ B. MARIAE.*

151 Id Templum reſtitutum eſt, ex lege Imperatoris Magni Conſtantini Chriſtiani.

*Reſtitutum iuſſu Conſtant.*

152 Quiricus & Iulitta Martyres Hiſpani; aliis decimâ ſextâ Iunij; aliis meliùs XVI. Iulij. nati Amphilochij, in Celtiberia Prouinciæ Galleciæ.

*Quiricus & Iulitta Martyres Hiſpani.*

153 Nam & alteros fuiſſe cognomines, Martyréſque XVI. Iunij; ambos paſſos Tarſi conſtat, ex plurimis vetuſtioribus Martyrologijs.

*Vid. Baron. ad Martyr. 16. Iunij B.*

154 Priores, antiquiores ſunt; paſſi ſub Nerone, primâ perſecutione.

155 Iſti Sancti, Hiſpaniâ, de nobili Familiá Iſtomorum Celtiberorum, metu Perſecutionis, fugiunt; & veniunt Ciliciam.

*Vide Baroniũ ibidem.*

*Vide P. Martinum de Roa in ſua Malaca.*

156 Floret memoria, in Hiſpaniâ, SS. Martyrum, & fratrum, Ciuium Malacitanorum, qui Sancti Torqueti Diſcipuli fuerunt, & conſanguinei ( vt dicitur ) Sancti Oppij Malacitani, Centurioniś, cuius Dexter Barchinonenſis meminit. Paſſi ſunt anno. LIIX. in principio perſecutionis Nero-

*S. Oppius Centurio. Malacitanus.*

nianæ, grauiſſimos, pro Fide, cruciatus, verbera, equuleumque. Tandem lapidati ſub Iudite Alote, qui Sanctum Torquatum, & alios occidit. XVIII. Iunij obierunt.

*Leuca Hiſpana ex Antonini ratione.*

157 Antoninus ponit milliaria, ratione leucarum. Aliquãdo leuca Hiſpana habet VI. millia paſſuũ, aliquando V. aliquãdo VI. interdum III. vt in Via Cæſarauſtá, Emeritá, quá per Lacipeam, Auguſtobrigam, Toletum, Tituleiam, Complutum vſque, leucæ ſingulæ habent tria milliaria. à Compluto Cæſarauguſtam, quatuor; quia aſperior eſt via, & longè difficilior, ac per ambages.

*Vlixea Ciuitas Vxiſea.*

158 Super montem inuiſum vbi Straboni fuit Vlyxea Ciuitas ab Vlyſſe condita, nunc à Mauris dicitur *Vxiſſa*.

*Titulcia triplex. inf. n. 185*

159 Triplex Titulcia in Manſionibus Antonini, Toleto Titulciam XXIIII. M. paſſ. eſt: Centum, *Puteoli* priùs; Tempore Carthag. Iſcadia, manſione per Secouiam eſt triplex *Mageritum*, per Laminium, & Alcem, ac vicum Cuminarium, eſt Pareta. Diſtat *Mageritum* Guadalaxara XXX. milliaribus.

*Mageritum triplex. inf. n. 214. & 426.*

160 Idienſe Municipium, in via Ilerená, Sacelernuſium, *Saceruela*.

*Saceruela.*

161 Sanctus Iacobus, reuerſus cum Apoſtolis, conſecrauit Templum Nazarethanum B. MARIÆ.

*Templũ Nazarethanum B. M. à Sãcto Iacobo conſecratum.*

162 *Baſtus* Ciuitas, quæ pòſt dicta eſt, *Baſta*, condita eſt, poſt Traiani tempora, in populis Baſtitanis, à quá quidam in Gallecia, anteâ Luſitania, alteram Vrbem, dictam *Baſtum*, nunc *Baſto*, vbi Sancta Domitilla Virgo::::::::condiderat.



*Baſtus. Ciuitas.*

163 Granata, dicta eſt à Conditoribus Damaſcenis. condita verò ante Tempora Iulii Cæſaris, quæ ab eo tempore nomen retinuit; dictùſque eſt Præſul eius Sanctus Cæcilius, nunc Epiſcopus Granatenſis, nunc Illiberitanus.

*Granata.*

*S. Cæcilius Epiſcopus.*

164 Duplex *Vrci*; altera in Bæticâ; altera in principio Tarraconenſis. vbique prædicat Sanctus Indeletius; ſed ſedem Epiſcopalem habet in Tarraconenſi Ciuitate *Vrci*, quæ nunc *Muſacra* vocatur; vel ibi propè.

*Vrci, duplex. inf. n. 363.*

*S. Indeletius prædicauit Vrcis vtriſque.*

165 Locus Plinij corruptus eſt, qui circumfertur. I. cap. 3. lib. *Inter æſtuaria Bætis, Oppidum, Hebriſſa*. Nactus ſum in Galletiæ monaſteriis vetus exemplar, ſic ibi: *Inter Oppida Bætis fluuij, Bætis Oppidum eſt*.

*Plinius emendatus.*

166 *Hienipa*, dicta eſt corruptiùs, *Elepla*; nunc autem, *Niebla*.

*Niebla.*

167 Sanctus Iacobus rediens ex Hiſpaniis, Gallias, & Britannias adiit, & in Hibernià prædicat. ſoluit in Portu Dublanenſi. Fecit templum B. MARIÆ, & in iis Prouinciis Chriſtianos effecit. In Hibernia ſeptem comites, Torquatum, Cteſiphontem Diſcipulos, & velut Apoſtolos, conſtituit; nam multos in Hiſpaniis, Galliis, &

*S. Iacobus prædicauit in Hiſpanÿs, Gallÿs & Britannÿs. Vide ſup. n. 136. & inf. 208.*

Británniis reliquerat. Nec deſunt qui in Belgio, Germaniáque prædicaſſe dicant.

*Cornelius.*

168 Cornelius baptizatus eſt anno XXXVI. à Natiuitate CHRISTI, Euſebio & aliis; non multò poſt conuerſionem Pauli; quo tempore Cæſareæ patefactum eſt oſtium prædicandæ Gentilitati. quod Petro, tanquam ECCLESIÆ Capiti, ſolenniter faciendum putabatur.

*Eſcueua.* Hillar. Alcala, la Real. Metenſa. Baſtrana, Manchuela.

169 Eſcua, quæ nunc *Hillar*, quæ diſtat Moro XVI. millibus paſſuum apud Antoninum Pium; & Tucci vetus, diſtans Accitaná Ciuitate. XXVIII. M. nunc *Alcala la real*; Et Vrneolis Noaleium, *Menteſa*, *Baſtiana* eſt, Manchuela, reparantur meo tempore.

*Morus. Velez. Baſilius.*

170 *Morus* autem, linguâ Maurorum, dicitur *Veleus*, rubens, *Velez*.

*Baptizatus à S. Iacobo & factus Carthaginis Spartariæ Epiſcopus.*

171 Baſilius, id eſt, Baſileus, Civis Municipii Florentini Illiberitani, Diſcipulus Sancti Iacobi, & ab illo conſecratus, cùm eſſet iunior à parentibus adlatus eſt Hieroſolymam claudus pedibus, & petebat eleemoſynam ad portam Sancti Petri. Sanatus à Petro & Ioanne, & baptizatus vocatur à Iacobo *Baſilius*. venit cum illo in Hiſpaniam, & factus eſt Carthaginis Spartariæ Epiſcopus. Inde veniens Bracharam ſepeliuit S. Petrum Bracharenſem: & ſucceſſit illi in Sede. interfuit cum aliis, conſecrationi altaris S. Iacobi. obiit longæuior centenario Martyr factus.

172. S. Petrus,



*S. Petrus primus Epiſcopus Bracharenſis.*

172 S. Petrus, primus Epiſcopus Bracharenſis, vt quidam putant, etiam Ciuis, baptizatus à B. Iacobo, & cum Baſilio; qui pòſt fuit ex Carthaginenſi, Hiſpaniæ Ciuitate, tranſlatus Bracharam, conſecratus eſt; & extra portam, quæ vocata eſt Imperatoris Maximini poſtea, in Suburbio Bracharenſi ædificauit ædiculam, in honorem B. MARIÆ Virginis, quæ, poſt ædem Cæſarauguſtanam, ſecunda fuit in Hiſpania.

Tarſicon Tarifa.

173 Tarſicon Stephano Vrbs intra Columnas, dicitur Tarifa.

*Vergilienſes Verberani.*

174 Vergilienſes prope Calagurritanos, & Vaccenſes; nunc *Verberani*.

*Illiberis.*

175 Illiberis, vel Municipium Florentinum Illiberitanum; idem eſt, & Illibericitani, ſeu Florentini; pro quo, in quibuſdam corruptis codicibus, legitur, *Liberini*. Ex hoc Municipio progreſſi ſunt quidam ante CHRISTI natalem, qui condiderunt in Italia Ciuitatem Florentiam.

*Florentia ab Illiberitanis condita.*

*Iacobus Petrus Chyrinus* ideſt, Cyrinus. *inf. n.* 178. *Lucæ cap. 2. n. 2.*

176 In Toletanâ obſidione repertus eſt Iacobus Petrus Chyrinus, ideſt, *Cyrinus*, qui fertur deſcendere ab illo Cyrino, cuius meminit S. Lucas; & ab hoc alii quatuor Martyres, dicti *Cyrini*.

*Patena Iuliopolis Inbiles Gordius vicus.*

177 In Bæticâ, *Patena*, Romanorum Oppidum: nunc nomen retinet, *Iuliopolis*. condita à Ciuibus Iuliopolis Aſianæ; priùs dictæ, *Gordij vicus*: nunc à Sarracenis dicitur cor-

F

ruptè *Iubiles*: nam ex Iulio decurtarunt, *Iu*; polis, *bolis*; & hinc, *biles*.

*Cyrinus nu. 176. ſup.*

178 Cyrinus Cyrini filius Hiſpalenſis, gubernans Bæturiam Celticorum, in Mellarienſi Municipio. fontem ad Oppidum deduxit, aquamque vocauit, *Auguſtam*. Benè credi poteſt, nec deeſt qui ſcribat, iſtum de genere fuiſſe Cyrini, à S. Lucâ, relati; aliquemque de numero Cyrinorum Martyrum.

*Corbron Ciuitas.*

179 In Sueſſetanis, *Corbron*, Ciuitas, cuius meminit T. Liuius. nunc, non in Catalonia vocatur Ciuitas illa; ſed in Caſtella.

*Arſa Oppidum* Hornachis *Magacela.*

180 Arſa, in Bæturia Turdulana, eſt prope Iornacam, id eſt, *Hornachos*, nunc *Magacela*; vbi Caſtrum fortiſſimum, eſt Bellamata.

*Eporæ duæ.*

181 Plinius duas Eporas ponit; alteram ad Septentriones, ſupra Bætim fluuium, quam vocat Ripenſem: alteram inter Bætim, & Mare, dictam Cerealem. Corruptè legitur Ebura, pro *Epora*, in Plinio. In Codd. correctis legendum eſt, non Ebora, ſed *Epora*.

*Plinij locus correctus.*

*Tagonius fluuius*, Tajunam.

182 Tagonius fluuius, cuius meminit Plutarchus in Sertorio, eſt Taiuna qui iunctus Guadarramæ, in Tagum fluuium labitur.

*Lenium Luſitaniæ Oppidum*, Linares.

183 Lenium Oppidum, in Luſitania, quod adfert Hirtius in Bello Hiſpanienſi, dicitur nunc *Linares*, prope Cæliobrigam, vulgò Cærulaco. Sedes fuit tempore Gotthorum.

*Tagonius Caraca. Vayona.*

184 Naſcitur hic fluuius prope Oppidum Turrecrematam: & infra Caracam; nunc,



Vayona: iungitur Guadarramæ fluuio.

*Titulciæ quatuor. ſup. n. 159.*

185 Præter tres ſcriptas ſuperiùs Titulcias, eſt quarta, cuius meminit in Epiſtolâ Silo Ouetenſis Rex, ad ::::: Toletanũ Archiepiſcopũ.

*Caraca Carauacca. Inſcriptio.*

186 Caraca nunc *Carauacca*, in Tagonii fluminis ripa, ex Inſcriptione.

C. CLODII. C. CLODII. FILII
CARACENSIS. CIVIS
PRO. SALVTE. C. CLODII. QVINTILIANI CIVIS SVI.

*Bamba Abbas.*

*S. Apollinaris Epiſcopus Aruernenſis.*

187 Dum fui in tractu Bracharenſi, cum Domino meo, Archiepiſcopo Toletano, Bernardo, inuiſi corpus S. Abbatis Bambæ, qui interfuit Concilio XIV. Toletano, vicem agens D. Lubanii, Epiſcopi Bracharenſis. dciturque vulgò iſte S. Abbas, *Bamba*. Et rediens ad Caſtellam, in itinere, audiui corpus eſſe S. Apollinaris; & doctum fuiſſe percepi Sidonium Apollinarem Epiſcopum Aruernenſem: cuius feſtum agitur XXIII. Auguſti, cuius bona pars corporis illûc adlata eſt.

*Sebaſtianus.*

188 Sebaſtianus, quem Victor conuertit, Italicæ, in Bæticâ, factus Chriſtianus: pòſt Martyrium paſſus eſt cum aliis. VIII. Februarii

*Petrus primus Bracha-*

189 S. Iacobus, in agro Illapulitano, conuertit quendam hominem, qui dicebatur Natione Bracharenſis, vt illi ſignificauerat virgo, quam reſuſcitauit: & ſtatim mutuò ſe cognouerunt. Impoſuit illi nomen *Petro*, baptizato. & communicatum, & confirmatum

*[...]renſis Epiſcopus.*

ordinauit Epiſcopum, & miſit Bracharam.

*Damnatum, à Iacobo, non ſuſcitari intelligit.*

190 Is fuit ſimilis Lazaro, quem DOMINVS ſuſcitauit: primus, in Hiſpania, Diſcipulorum S. Iacobi; & creditur iam fuiſſe Beatus, qui cum CHRISTO in Cœlum intrarit: nam damnatum Iacobus, nullo modo, ſuſcitaſſet. Dicitur ſtatim Apoſtolum cognouiſſe, & ad pedes eius fuiſſe prouolutus.

*S. Cæcilius primus Epiſcopus Illiberitanus.*

191 Eregione *Iugi-ſolorum*, vulgò dicti *Niuati*, vbi naſcitur :::::: fluuius, ſepultus iacet, in monte Illapulitano, S. Cæcilius primus Epiſcopus Illiberitanus, & Martyr, dictus vulgò *Alcacaren*, ex Cæcilio Cacarimo, & pòſt Cacari. ::::::::

Murcia, *à Murgetibus, aut Murgis condita.*

192 *Murcia*, vel Murci, quæ tempore Gotthorum, *Bigaſtrum*, dicta fuit, à quibusdam *Orcola*, condita fuiſſe perhibetur, à Murgetibus, aut Murgis.

*Et reparata tempore Conſtātini magni.* Bigaſtum.

193 Hæc Ciuitas vaſtata fuit vſque ad tempòra Conſtantini Magni, cuius iuſſu reparata, & pòſt, tempore Gotthorum, aucta: vacata eſt *Bigaſtrum*.

*S. Iacobus in Bæticam nauigat* Almerina.

194 S. Iacobus, Zebedæi filius, ſoluens portu Ioppes, legit portum magnum Bæticæ, vbi tunc paruum fuit Oppidum: nunc magna ciuitas eſt *Almerina*.

*Alcudia.* Serena.

195 Regiones Oſintigi ſunt, Alcudia, & Serena nunc. meminit Plinius.

*Fragiliana S. Petrus venit in Hiſpaniam.*

196 S. Petrus veniens ad Hiſpaniam, in Bætica reliquit Epiſcopum ad Sextifirmicam:



nunc vocatur *Fragiliana*, vetus Epenetum.

*Apollonius Tyaneus venit in Hiſpaniam, Magiæ prædicādæ cauſa.*

197 Propterea venit ad Hiſpanias Apollonius Tyaneus, quòd tota in Prouincia, velut in Aſia, vehementer pollebat Magia, quam cœpit abigere S. Iacobus.

*Magia Toleti docebatur, & dicebatur,* Scientia Toletana.

198 Magia à primis Pœnicum temporibus, durauit Toleti, in quodam antro, Herculi conſecrato, & durat adhuc; diciturque *Scientia Toletana.*

*Aſſo & Aſſota Ciuitates.*

199 Aſſo, & Aſſota, Ciuitates in Bateſtanis. conditæ ſunt à Ciuibus Aſſonis Vrbis apud Aſiam minorem, cuius meminit S. Lucas in Actibus.[a]

*[a] cap. 20. n. 13. & 14. & c. 27. n. 13.*

*Quiricus, id eſt, Quirinus.*

200 Quiricus, id eſt, Quirinus, ex Epiſcopo Bracharenſi, Toletanus; filius fuit Clarii Emiterii Quirini, Comitis Cubiculariorum, cuius fit mentio Concilio IX Tolet. cuius pater, qui duxit vxorem, ex genere Quirinorum, dictus eſt Odoacrus, Comes Cubiculi & Dux.

*Iacobus Petrus Cyrinus, ſup. n. 176.*

201 Iacobus Petrus Cyrinus, cuius ſupra mentionem feci, duxit filiam Hermenegildi Roderici, Regis Adephōſi Sexti Oeconomi, filii Roderici Ordonii, eiuſdem Regis, Armigeri, ex nobilitate Gentis Gotthorum, & Muzarabum Toletanorum.

*Philippus Philotheus. de hoc Philippo vide in proſphoretica epiſtola, & D.*

202 Philippus, cognomento Philotheus, Legatus Clementis Papæ miſſus ad Hiſpanias, obito ſuo munere, rediit in Italiam. In Piceno Firmi Ciuitate Epiſcopali, munere lauda-

*Homata Tamaio de Vargas* La la verdad de Dextro. *fol.* 31. *B. & fol* 87. *&* 88. *vbi eruditè, & doctè, plura vti ſolet, imò pauca, quia bona, ſcribit.*

biliter functus, vigeſima ſecunda Octobris, martyrio coronatur, ſub Hadriano.

*Guadalajarēſis Epiſcopatus.*

203 Epiſcopatus Guadalajarenſis, id eſt Complutenſis, incipiebat a Guſia.

*Ophionia, Alce, ducta ab Ophione, à Ioue occiſo.*

204 Ad Vrbem *Alcem* dictam poſteà, priùs Ephioniam, Iupiter, dum Hiſpaniam peragrat, occidit Gigantes, & in ijs ſuperbiſſimum Ophionem, quem viuū ſepeliri in antro iuſſit, & ſuper eum, cæteros. Dictaque eſt Vrbs Ophionia, pòſt *Alce*. Fuitque mons ſuperimpoſitus ſuper Ophionem; quia ingenti fragmine montis, oſtium illius ſepulchri concluſum. Ob id Virgilius adfirmat, Gigantes in imo fundo cuiuſdam antri, vbi ſepulti, deuolui. Quod ne noſtros fugeret in Hiſtoriâ, repertum hîc adſcribi volui. Exciſa verò *Alce* eſt ad introitum Gotthorum in Hiſpaniam.

*Virgilius declaratur.*

*Alce Opidum* Tophaceum.

205 *Alce* Populus, poſt tempora Philipporum Cæſarum dictum eſt Oppidū *Tophaceum*, à terrâ *topho*, vel argilloſa; vbi à temporibus antiquiſſimis fiunt omnium optima, capaciſſimaque dolia.

*Dirutum.*

206 Dirutum creditur ſub annum quadringenteſimum vigeſimum, in ingreſſu Gotthorum in Hiſpaniam, manſitque paruus Vicus, dictus etiam *Tophaceus*.

*Zaida filia Abenabethi, uxor Adephonſi Conca Ciuitas data in dotem Imperatori Adefonſo.*

207 Cùm hæc ſcribimus, data eſt Imperatori Adephonſo in dotem, cum Zaida, filia



Regis Abenabeti, Hiſpalenſis Mauri, (quem quidam volunt occultum fuiſſe Chriſtianum) Ciuitas *Conca*, quæ tempore Gotthorum, & Romanorum dicta eſt *Concia*; priùs Sucro, & Anacogis. Vrbs fortiſſima.

208 Ex traditione conſtanti veteribuſque monimentis Hiſpaniæ conſtat S. Iacobum Zebedæi filium à portu Ioppæ, veniſſe, per Mediterraneum, in Hiſpaniam; inde verò Granatam; pòſt reuerſum, in Oceano Callaico, nauem aſcendiſſe cum ſeptem diſcipulis, & aliis; & tranſmiſſâ parte Maris Britannici, in Hiberniam Inſulam (quæ quondam ex Hiſpanâ Gente habitata eſt) delatum, cum diſcipulis: poſuiſſe prima Fidei Chriſtianæ documenta. Indè per Mare Germanicum ad Illyricum veniſſe, & prope Venetias prædicaſſe. Alij naui delatum perueniſſe Hieroſolymas: vbi poſt decollatus eſt.

*S. Iacobus ex Hiſpaniâ iuit in Britaniam vide ſup. n.* 136. *&* 167.

209 S. Cæcilius, Diſcipulus S. Iacobi Zebedæi filii in Hiſpaniâ prædicat, ad ripam fluminis Anuli, dicti nunc *Darri*, vel *Diarrhæi*, cuius meminit Antoninus in Itinerario, ab oſtio fluminis, *Anulius*; licèt, in aliquibus libris, ſcribatur falsò:::::::

*S. Cæcilius Diſcipulus S. Iacobi. prædicat in Hiſpaniâ*

*Darrus flumē.*

210 Memoria viget in Hiſpania Sanctorum Martyrum Exulum, & Epiſcoporum Africanorum, quorum meminit Venerabilis Beda. 4. Kal. Decembris, apud Vrbem Celtiberiæ, Aptam Iuliam, ideſt, *Optam*,

Huete *Apta Iuliâ, id eſt* Opta *inf. n.* 217.

nùnc *Huete*.

211 Memoria nonnullorum Sanctorum Hiſpaniæ celebris habetur in Vrbibus Celtiberiæ, Contribia, & quæ Quinctilia nunc, Herentia, Centobriga, nunc Tebar; in Verſobrigiſque, *Villa-veteri*, &, *Sancta-vera*, dictis.

*Contribia Quinctilia. Contobriga Tebar.*

212 Floret memoria S. T. Murcii Manſueti, Diſcipuli S. Iacobi.

*T. Murcius Manſuetus.*

213 Memoria celebris eſt. SS. Vincentii, & Læti Libiſoſſæ paſſ. anno. 250.

*S. Vincentius, & Lætus. Libiſoſſa.*

*1. Die Septēb. Marty. K. & quæ ſcripſit Dexter vide, anno. 352. 4. & 353. 2. ibi Biuarium.*

214 Cùm hæc ſcriberem, reparatum eſt Oppidum *Getafe*, quod eſt prope Mageritum, illudque à veteri Oppido Africano *Satafi*, corrupto vocabulo, Sarraceni, qui ceperunt Hiſpanias, ſic nominare voluerunt, patriâ voce.

*De Libiſoſſa, qua nunc Lezuſa, vide Fr. Biuarium ad annum Dextri 64. & 352. 4.*

*Getafe Mageritum. F. Madrid, ſup. n. 159. inf. 426.*

215 Celebris fuit Contribiæ, Ciuitate Hiſpaniæ, in confinibus Carpetaniæ, & Celtiberiæ, natalis Sanctorum Martyrum Dionyſii, Fauſtini, & ſociorum, qui paſſi ſunt ibidem ſub Præſide Aemiliano, Viro Conſulari: ſub Decio primùm torti in Africa, & tandèm, tertiâ die Octobris, celebrem, pro fide, Martyrii palmam adepti ſunt.

*SS. Dionyſius, Fauſtinus, & alij.*

216 Nec minùs eſt celeberrima nonnullorum Martyrum memoria Manliæ, nunc *Molinæ*, in Celtiberis: à qua Saltus propinquus nomen accipit, vbi fuit congreſſus in Celtiberis Romanorum.

*Manlia, Molina.*

217 Hoc



217 Hoc etiam tempore florebat, in Celtiberis, Ciuitas, *Apta Iulia*, poſteà corruptè *Opta*; nùnc *Huete*, in loco celſo collocata.

*Apta Iulia. Opta, Huete. ſup. n. 210.*

218 Hoc anno reparatum eſt Oppidum *Calagurris*, in Areuacis, quod à Caleregia vocatum eſt. quod ab Afranio fuit dirutum, quòd ſecutum eſt obnixè, vſque ad deſperationem, partes Sertorij.

*Calagurris ſecuta partes Sertorij.*

219 Hanc *Calagurrim*, quæ coniuncta, vel non parum vicina fuit Valentiæ, nunc *Valeranicæ*, patriam fuiſſe Q. Fabii Quinctiliani Patris, ac Filii, in veteribus Scriptorum libris legi.

*a Hiſpaniſmum.*

*a Calagurris patria Q. Fabij Quinctiliani.*

220 Reparata ſunt *Damiel*, & *Solana*, in Oretanis: quorum Oppida, priùs *Noliba*: poſteriùs Cuſili ::: victa à :: ::: fuerunt olim.

*Daimiel. Solana.*

221 *Vzeda*, & Haillon, reparantur; quæ vocat Oppida T. Liuius Veſceliam, & Halonem. quæ cum multis caſtellis cepit M. Fuluius.

*Veſcelia, Vzeda. Halo, Haillon.*

222 Idem domuit *Litabrum*; tempore Gothorum, Blitabrum, nùnc verò vocatur *Buitragum*, corrupto vocabulo, Oppidum Carpetaniæ.

*Litabrum* Buitrago.

223 Memoria celebris fuit S. Auditi, Ciuis & Martyris Blitabrenſis, id eſt, *de Buitrago*, qui paſſus eſt, pro Fidei confeſſione, varia tormenta, anno Domini CC IIX. Quem S. Quirinus Epiſcopus Toletanus creditur ad Fidem conuertiſſe, & ſacris aquis intinxiſſe.

*S. Auditus Blitabrenſis Dexter anno 208. 3. vbi Fr. Biuarens.*

*S. Quirinus*

G

Paſſus eſt Litabri in quintâ perſecutione Eccleſiæ, ſub. M. Aurelio Seuero Imperatore; eius oſſa ſeruantur, cum honore.

Talauera. *Matricalicium.*

224 Et hoc tempore Obila, vel Obela, Iſcadia, & Gemella, vel Semela, quæ nunc *Talauera* vetus, vel prope Cæſæ portus, & *Matricalicium*, dicuntur reſtituta.

*Obila Numantia, ideſt, Zamora inf. n. 426. præter vulgares notas, habeo ms. Hegidij Zamorenſis tractatum de hac re.*

225 Obila, quæ tempore Gotthorum partitur terminum cum *Numantia*, id eſt *Zamora*, & Cauria: facitque triangulum eum duabus: illa Orientalior; hæc Meridionalior, per *Villare-petroſum*, & Villam, *Gulaſteum*, dictam.

*Segouia duplex.*

226 Dubitatum eſt, vtra Segobia fuerit Sedes Epiſcopalis, tempore Gotthorum; an quæ in Areuacis; an quæ in Vaccæis. ego magis aſſentior ijs, qui faciunt Sedem Epiſcopalem Areuacenſem, tempore Gotthorum, & priùs: vt quæ Colonia Latina Romanorum; & quæ :::::: cum Numantia, celebris partiebatur terminos cum Palentina, Valle Amelâ, prope *Almacanum*: & per Mambellas, nunc *Bambellas*: partiebatur cum Vxamenſi Sede, ſibi ſatis vicina. Vaccæorum Segobia fluuiolum habet, nomine *Dorium*; & Promontorium, nomine *Couiam*, iuxta quod ſita eſt.

*Segobia*, Almajan, *Mambellas, Bambellas, Dorius fl.*

*Segontia, Metina Celimi.*

227 Sedes *Segontiæ*, quæ tempore Gotthorum celebris fuit: & vocata tempore Maurorum hæc Ciuitas, *Metina Celimi.*

*Temeſa*, *Tempſa*, *Atcenza.*

228 Cùm hæc ſcriberem, reparata eſt Arx, & Ciuitas *Atentia*, quam Auſonii, vt in Italia condiderant alteram. Hîc vocauerunt *Temeſam*, pòſt verò dicta eſt, *Tempſa*.



*Viâs regias ſignabant Iudæi lapidibus ad milliaria, vnde mos ad Romanos.*

229 Salomon, & prædeceſſores Reges Iudæorum, ſignauerunt Vias Regias, & Militares lapidibus, ad milliaria. quem morem ab eis Carthaginenſes, & Romani; & ab iis Gotthi, & Sarraceni, acceperunt.

*In lapidibus milliaribus & numerus milliariorum & aliquod nomen Dei. Dauid explicatur.*

230 Quin huius Vrbis Hebræi doctiſſimi, mihi dixerunt: in milliaribus lapidibus, alterâ facie poſuiſſe numerum milliariorum, in alterâ vero aliquod nomen Dei; iuxta illud pſal. LXIV. *Turbabuntur Gentes, & timebunt qui habitant terminos, à ſignis tuis.* Sic vocat hîc lapides milliares, *ſigna.*

*Inſcriptio lapidum in viis.*

231 Quin in omni lapide ſcriptum erat. *Hùc progredi licet Hebræo, in die Sabbathi; nec hinc vltrà tranſire.*

*Arx Iulia Aurelia.*

232 Arx Iulia, cognomento, *Aurelia*, eiuſque Populus in Carpetanis, Tago flumini impoſitus, reparatuſque à C. Cæſare, dùm fuit in Hiſpania, & ab Apoſtolicis temporibus Fidei lumine, radijſque illuſtratus ab Imperatore Adephonſo, Raimondi Comitis filio, Mauris eripitur.

*Philippi Ciuitas* Endrinal.

233 Hoc tempore, Philippi Ciuitas Vettonum, prope Salmanticam, in Via argentea, reparatur. Corruptè, vt quibuſdam placet, apud Antonini Itinerariũ dicitur *Lappos*: nunc *Endrinal*.

*Breca, Mons Eſuris* Mondexar.

234 Hoc etiam tempore reparatur Breca, & Mons Eſuris. à Mauris dicta *Mondexar*, corrupto vocabulo, ad ripam Tagi; fuitque tempore Gotthorum, finis Occidentalis, Breca, Epiſcopij Segobricenſis. cuius termini ab Ortu ad Occaſum, à fontibus Tagi ad Brecam, & *Ataráuilla*, nùnc Tarauilla, ad Auiam; Oppidulum prope *Cabrejas*, à Septentrione ad Meridiem.

æ. à Tarauilla.

*S. Marcelli brachium Pariſiis defertur Toletum.*

235 Delatum eſt brachium S. M. Marcelli, Pariſijs Toletum, quem cognouit, mihi incognitum, Dominus meus Bernardus Archiepiſcopus.

*Epiſcopatus Arcibicenſis.*

236 Epiſcopatus Arcibicenſis, nunc Oppidum *Arcas*, prope Conciam, ab Alcont, nunc *Alconcte*, vſque Auiam & à Morá, vſque ad Luſtriam: nùnc verò dicitur ::::

*S. Indeletius per Celtiberiã prædicauit, & poſuit Epiſcopos.*

237 Credibile eſt S. Indeletium, Epiſcopum Vrcitanum, prædicaſſe per Celtiberiam, & in Vrbibus, Valeria, Ercanica, Segobrigaque, Epiſcopos poſuiſſe.

*Poca Segiſana, Iuliæ olim.*

238 Etiam & hoc tempore reparatur *Poca*, Villula, quæ ſita eſt ad vndam *Nubis* Fluuij quondàm *Segiſama Iulia* dicta, in Curmodigis vel Curnonijs; (ijdem populi ſunt) iuxta quam Iulij Cæſaris filius Auguſtus caſtra poſuit contra Cantabros.

*Vellica* Eſpinoſa de los monteros.

239 Simul reparatur *Velliga*, vel *Vellica*, in principio Cantabriæ, nunc dicta *Spinoſa Venatorum*, vel Barcana major, & Tulica, quæ



Orduna; & Velia prope victoriam, nunc dicta Delica.:::::: In Caiſtris Ptolomæo, & in Carietibus Plinio, & Vennenſibus. Durangus, Secura, Toloſa, & *Salua tierra*, Populi ſunt in Caiſtris.

*Durangus, Secura, Toloſa* Saluatierra.

240 Carteia Ciuitas, quæ, & Althea, Caput Populorum Olcadum Carpeſiorum, & finitimorum, & Vacceorum, quæ Gens alia eſt à Vacceis prope Areuacos, & Aſtures, ac Cantabros, diligentiâ ciuium Illacitanorum, qui nunc Oreolam habitant, reædificatur.

*Carteja Caput Olcadum.*

*Orcala.*

241 Etiam reparantur Vrbes Carteriorum, vel Carpeſiorum (ijdem Populi ſunt) *Helmandica*, quæ nùnc *Almenſa*, & Arbocala, quæ *Villena*; & Pertula, & Cincilia Vacceorũ. qui Populi erant intra Carthaginem nouã fluuiũ Taderem finitimum Vacceis iſtis, & Valentiam ciuitatem; de quibus Populis Liuius latè agit.

*Helmandica Arbocala Pertula Cincilia.*

242 Nec deſunt qui putent Alteiam, aliam eſſe à Carteria, quæ nunc *Carpe* dicitur. Res hæc in opinione multorum verſatur.

*Alteia* Carpe.

243 Cùm hæc ſcriberem, Imperator Adephonſus, Raimundi Comitis filius, obſidebat Cæſarauguſtam. Populi Berguſiani, & Volciani in Aragoniâ, id eſt, Bergua & Volſue multum illi ſeruierunt.

*Adephonſus Imperator obſedit Cæſarauguſtam.*

244 In pretio habebatur memoria S. Odonis Luſitani, patriâ Corneliani, prope Tudem, quem in Eremo diù vixiſſe, & tempore Sarracenorum, ſanctitate vitæ, floruiſſe nonnulli teſtantur, ad annum octingenteſimum. qui

*S. Odon Luſitanus vixit diu in eremo.*

frequenti Oppidanorum catholicorum nunc concurſu, colitur Kal. Nouemb.

*Dania. tempore Maurorum dicta, Lucenia.*

245 Fuit hic S. Odon ex Epiſcopatu Daniéſi Agitanenſi, non procùl ab Auguſta Bracharorum. Dicta hæc *Dania* tempore Maurorum *Lucenia*; quia terra fuit nimis lucida.

*Geneſius, & Odon ſeſe mutuo viſitarunt.*

246 Habuit hic præcipuam amititiam cum S. Eremita, & Abbate Geneſio, qui prope Carthaginem, inter Mauros, ſanctam agebat vitam. Mutuò ſe viſitarunt; ſemel vterque viſit alterum, & litteris, per Chriſtianos Muzarabes, vltrò citróque miſſis.

247 Noſtra parentumque memoria ad montem Tudeuiam florebat S. Sebaldus.

*S. Sebaldus.*

248 Ætate in ea celebrantur, maximâ religione, S. Quiteria, & Odon; ſorores eius per Hſpanias, quæ fuerunt filiæ T. Catillij Seueri Conſularis, & Præſidis Gallecíæ, & Luſitaniæ, patriâ Bracharenſis, & eius terræ Reguli.

*S. Quiteria & Odo filiæ T. Catillij Seueri.*

249 Victoria paſſa dicitur Cordubæ, cum Zoilo iuuene; & *Volgefortis*, & Liberata, in Luſitania, ad *Caſtraleuca*.

Victoria, VVilgefortis, vel Liberata. Vide in Chronico, n.57. & 83. & inf. n.380. 438. 439. & verſus in fine Operis appoſitos, qui incipiunt:

*Seruat ouis caulam, quam dicunt nomine Paulam,*

Conijcio tamen, aliam eſſe VVilgefortem, ſeu Liberatam, aliam verò Paulam Barbatam; ſi quidem à noſtro Iuliano, diuerſo tempore, diuerſis Prouincijs & Locis; atque enarratione Hiſtoriæ diuerſa recenſentur. Martyrologium Romanum vbi de VVilgeforti, nihil de Barbæ, miraculo. Inueni Madridi imaginem quandam; & in ea, ſi non Regiam viam, veſtigia Antiquitatis, quibus vt inſiſtere poſſis excudendam hîc curaui.



S. WILGEFORTIS, aliâs LIBERATA, quam Belgæ a' depellen̄ curis, ONT COMMERAM nominant, Regis Portug.æ Filia: postq̃ a Xp̄o sponso suo, deformari rogasset, ne ab Amasio ad nuptias expeteretur; atq̃ ita subito, promissa illi barba excreuisset: pro Xprianæ Relig: ac pudicitiæ defensione, Cruci affixa fuit: miraculis hodieq̃ clarissm̄a Atq̃ hoc inter cætera, quod simulachrum Ipsius Cytharoedi cuiusdam ad mortem damnati, atq̃ ad patrocinium Eius confugientis, Innocentiam, vnius ocreæ argenteæ excusſione, declararit. Vide Martyrolog: Rom: et Molan: ad Vsuard.

R. et Ampl.mo Dn̄o, D. Joi. Cholino Præp.to Bonnen. et Archid.no Hannoniæ in Eccla Leodien.si Dedic.æ A° 1622 Jaspar Isac fecit.

250 Credibile eſt Parentes tot Virginum, & Martyrum, veniam, & ſalutem à DEO conſecutos; Seuerumque paſſum in Hiſpaniá, ſub perſecutione Antonini; cum quodam Centurione, 20. Auguſti.

*Seuerus creditur paſſus ſub perſecutione Antonini.*

251 His temporibus clariſſima habetur Cordubæ S. Victoria, virgo, & martyr: filia *Catillij* Luſitanorum Reguli, ſororque aliarum Virginum octo, quæ ibidem paſſa eſt, Rufino, & Quadrato Coſſ. Præſide Claudio Dione, cum Aciſcle qui, licèt ſanguine diſpares, & patriâ, tamèn quia conſortes, & ſocij martyrij, *Fratres* ſolent appellari: ac non minùs diligit hos Corduba, ac ſi fuiſſent Ciues.

*Victoria Virgo & martyr. filia Catillij* C. Atilii *Legit noſter Rudericus Cato ad F. Dextrii pag. 70.*

252 In Bæticá Ciuitate, *Firmij*. S. Baſiliſſa, ſoror S. Quiteriæ, & ſororum, quæ clara habetur, martyrij laude. aliis eſt *Baſilia*; & dicitur paſſa fuiſſe quondam martyrium.

*Baſiliſſa Soror S. Quiteriæ, aliàs, Baſilia.*

253 Tranſlationis S. Geneſij, cognomento *Abelardi*, feſti, ex Corbera in Hiſpaniam, meminit Vſuardus in Martyrologio, die. 21. Maij; & eiuſdem Sancti, cum alijs, qui in eodem die celebrantur. Scripſit autem Vſuardus, tempore Coroli Magni, ſed ab Ilduino adiectum eſt Martyrologium, & à ſequentibus eiuſdem Abbatis doctoribus diſcipulis.

*Tranſlatus eſt S. Geneſius ex Corbera in Hiſpaniam.*

*Vſuardus ſcripſit Martyrologium tempore Caroli Magni, cui ab Ilduino adiectum eſt, & ab alijs.*

254 Legi apud aliquos S. Geneſium, cognomento, *Abelardum*, fuiſſe in Gallia Epiſcopum Titularem Cyrenenſem ſubiectum, & in Hiſpaniâ, tempore Maurorum, Vrcitanum

*S. Geneſius fuit Epiſcopus: primò Titularis Cyrenenſis poſt.*

virum ſanctiſſimum & præſtantiſſimum extitiſſe ad annum DCCDVI.

*Vrcitanus. Odo natione Callecus.*

255 Succeſſit S. Geneſio in Abatia Corberenſi, Odo, qui interfuit Concilio Sueſſonenſi, natione Callecus, & pertæſus moris gentis illius reuerſus eſt ad eremum patriæ ſuæ Bracharens.

*Vide Hieron. Turitum in Chron. Regis D. Petri. An. 2. cap. 18. fol. 8. B.*

256 Sponte ſua inuiſit Carthaginem Spartariam, & tunc circiter anno CC∞L viſit Epiſcopum Vrcitanum Muzarabum, & ibi manet aliquot annos, ac tandem rediens ad ſuum monaſterium relicto Epiſcopatu (an ceſſit) poſt ſanctè moritur.

*Milo Anglicus frater Magni Pipini.*

257 Milo Anglicus, dictus Bernardus, frater Magni Pipini, duxit vxorem Bertam filiã fratris ſui Pipini, ex quâ genit⁹ eſt Geneſius, Rolandus, & alij duo fratres & duæ ſorrores.

*Pratum Spirituale ſcriptũ ab Hilduino monacho.*

258 Multa addita ſunt libro inſcripto Pratum Spirituale, ad Hilduino monacho Lolienſi & Epiſcopo Floriac. anno CCIↃXX.

*S. Zachæus primus Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus prædicauit in Hiſpaniâ, ad quam venit cum S. Petro.*

259 Hoc tempore mirè celebrantur vita, ſanctitas miraculaque S. Zacchæi primi Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopi, rurſus Antiochiæ, qui comitatus eſt Petrum euntem ad Hiſpanias, ibique legi in memorijs S. Iuſtæ prædicaſſe, reuerſum verò Antiochiam feliciter ibi in Domino dormiiſſe. Fuit Diſcipulus Chriſti, qui poſt eius paſſionem adhæſit Petro, cuius Diſcipulorum vnus de duodecim fuit, & creditur cum alijs recepiſſe in Pentecoſte Spiritum Sanctum celebratur 1. Nouembris.



*Alpheus Pater Iacobi Apoſtoli.*

260 Quin legi in menologijs Græcorum eum ſub Neronis imperio in Paleſtina ſub iudice Diocletiano cum Alpheo patre Iacobi Apoſtoli coronam martyrij recepiſſe cum quibus & paſſus eſt Micheas diſcipulus S. Petri, cuius meminit inter alios S. Clemens lib. 3. Recognitionum.

*Micheas Diſcipulus S. Petri.*

*Eleazarus Diſcipulus S. Petri.*

261 Nec minus celebris eſt recordatio S. Eleazari Diſcipuli (vt creditur) S. Petri vnius de duodecim, qui prædicans Lugduni Chriſti fidem cum octo filijs 23. Auguſti martyr ſit.

*Ananias vnus de 70. Diſcipulis Chriſti. Benjamin. Rubelus Zachæi frater.*

262 Ananias Diſcipulus Chriſti vnus de LXX ſecutus eſt Chriſtum, & pòſt fuit vnus de duodecim Petri, primus Damaſci præſul, Benjamin Diſcipulus eiuſdem poſt Epiſcopus Hieroſolymitanus, Rubelus Zachæi frater, qui & Rufus, paſſus eſt Mileti in Armeniã.

*Aul. Clounicus Dux Celtiberorum.*

263 Quum verteretur domus quædam oppidi Alces in Celtiberis, nunc Tobium eſt, me ſcribẽte repertum eſt ſepulchrum Aul. Clounici Ducis Celtiberorum, patria Alcenſis, & ibidem haſta quædam argenteâ, qui quum adiſſet caſtra Conſulis Gracchi, vigilis telo occiſus eſt.

*Geneſius ſecutus Carolum magnum in terram ſanctam.*

264 Ferunt paulo poſt annum DCCLXXIX. Carolum magnum ad terram ſanctam à Barbaris oppreſſam, aſſerendam cum exercitu traieciſſe, & eum ſecutum fuiſſe Geneſium Abbatem Corberenſem, qui nimis fauit Hie-

roſolymis fratribus Carmelitanis miſerabiliter oppreſſis, & eius cauſa multi viri militatares relicto militiæ cingulo vitam illam ſecuti ſunt.

*Idem miſſus à Carolo Magno in Hiſpanias lagatus, qui alias legationes obijt.*

265 Nec multo poſt iuit in Hiſpanias miſſus à Carolo Magno, ad Felicem Vrgelitanũ Epiſcopum & Elipandum Toletanum, in negotio adoptionis Chriſti: & iuit Romam ad Adrianum Papam: attulit eius Epiſtolam ad Carolum & Epiſcopos: interfuit concilijs Francofordienſi & Italico. retulit Epiſtolam Caroli ad Elipandum, cum quo diſputauit, & eius rationibus & precibus Helipandus reſipuit, manente in ſuá perfidiá Epiſcopo Felice.

*Geneſius interfuit concilio Francofurdienſi.*

266 Geneſius in concilio Francofurdienſi contra multos ſenſit cum Hiſpanis, & imagines habendas & adorandas pariter, quum multi Gallorum Epiſcopi putarent recipiendas, nullatenus tamen adorandas, ac propter hunc errorem libentiùs viuebat in Hiſpaniâ quàm in Galliâ.

*S. Philibertus eremita.*

267 S. Philibertus in Hiſpania ſolitarius in inſulâ Seione prope Carthaginem Spartariam, quod verius eſt, alii prope fretum Herculeum aliam ponunt, & ibi Sanctum Eremitam acceptá nominum ſimilitudine. Nam Ebuſo per mediterraneum illò venit.

*Aurelia Virgo & Martyr. S.*

268 Prope portum Bragantinum claret Oratorium S. Aureliæ Virginis & Martyris Ro-



manæ, quo venerunt per mare S. Columbanus & Gallus, & ibi prædicarunt Gentilibus adhuc in eo tractu manentibus Gunzone duce, qui parebat regi ex Gotthorum origine.

*Columbanus & Gallus prædicarunt fidem in Hiſpaniá.*

269 Excepit eos in Aſturiis quidam presbyter Villamarus nomine, qui habebat Eccleſiam in caſtro Arbona, nunc Aruas dicto.

*Arbona nunc Aruas, Villamarus presbyter.*

270 Oblatus eſt ei Epiſcopatus Lucenſis, qui in oppido, Martia Conſtantienſis à Conſtantio Auguſto dicta eſt, tunc reſidebat non procul à flumine Nerua, tunc dicto Tucgoca. Et montes ipſi Aſturum Alpes Rheticæ nouæ vocatæ ſunt. S. Gallus noluit Epiſcopatum, ſed tradidit Ioanni Diacono viro Sancto.

*S. Gallus reſpuit Epiſcopatum Lucenſem.*

271 Hic ſanctus vir Gallus fuit in Hiſpania propè Compoſtellas, inde migrauit ad Alpes Rhetias, vbi cellulam Bragantinam conſtruxit.

*S. Helius Epiſcopus Lugdunenſis.*

272 S. Helius Epiſcopus Lugdunenſis floret, qui obiit anno Domini ccx. colitur eius ſacer dies prima die Nouembris.

*S. Paternus Alſatiæ Epiſcopus conuerſus Toleti à S. Saturnino.*

273 Celebris eſt in Hiſpania memoria S. Paterni Alſacienſis Epiſcopi, qui Martyrium paſſus eſt in territorio Conſtantienſi 23. Septemb. quem anno 74. conuertit S. Saturninus Toleti prædicãs, quem ad Toloſam quærentem magiſtrum, primum fecit Alſatiæ magiſtrum & Pontificem ex annal. Conſtantiens.

*Baſilica B.*

274 Baſilica B. Virginis Mariæ, quæ vi-

*Virginis ædificata à S. Elpidio.*

uenti primum ædificata eſt à S. Pontifice El pidio, tempore Diocletiani anno 303. edicto publico Diocletiani, præſente P. Daciano præſide 20. Martii æquata ſolo, reparata poſtea per S. Natalium, tempore Maurorum Meſquita fuit, ac reddita religioni per Leonardum Abbatem. nunc in pretio magno eſt, ad quam Imperator vexilla ducit.

*Dacianus præſes Hiſpaniæ niæ multa crudelitatis ſuæ reliquit Veſtigia.*

275 Multa extant in Hiſpaniis veſtigia crudelitatis P. Daciani totius Hiſpaniæ præſidis, qui ab anno 286. ad annum 308. multoties Hiſpaniâ peragrata more diligentiſſimi præſidis innumeros Martyres ad cælum tranſmiſit.

*Imperatori Conſtantio Cloro non placuit Daciani crudelitas.*

276 Dacianus & miniſtri intelligentes carnificinam non placere Conſtantio Cloro Hiſpaniarum Galliarum Africæ & Italiæ Imperatori, immò diſplicere, licet edictum Imperator non ſuſtulerit, illi prorſus temperauerunt & anno 4. toto ſopita eſt in Hiſpania penitus perſecutionis rabies.

*Maximus Dodas & Quinctilianus Martyres.*

217 Maximus Dodas & Quinctilianus celebres ſunt in Hiſpana, qui ſub iudice Tarquinio Conſulari, qui iuſſu Daciani totius Hiſpaniæ præſidis regebat Tarraconenſem in Cantabris Vrbe Octauiolca in cuius prædio Okouia erant, paſſi ſunt 28. Aprilis.

*Leocadiæ Leucadius Melantius Toleranus. Epiſcopus*

278 Sunt qui putent patrem S. Leocadiæ Leucadium appellatum S. Melantii patriâ domoque Græci fratrem, qui Toletum venere,



*Leucadius Conſul Toletanus.*

& Melantius per gradus & virtutem ac nobilitatem factus eſt Toletanus Epiſcopus, Leucadius verò duxit vxorem ex ſumma Toleti nobilitate, poſtque propter ſuam prudentiam & animi magnitudinem factus eſt conſul.

*Oſius, Salomon, Leocadius venerunt ſimul Athenis ad Hiſpanias.*

279 Floret memoria S. Pontificis Cordubenſis patris Oſij, Oſij Athenienſis filij, patruelis verò Melantii Toletani Epiſcopi, & Epiſcopi item Salomonis & Leocadii qui cum Oſio ad Hiſpanias Athenis aduenerunt.

*Melantius Epiſcopus Toletan. ſcripſit Epiſtolam ad Salomonem Bracharenſem ſynodicam de erroribus Pauli Samoſatenſis Epiſcopi.*

280 Reperi in ſchedis S. Iuſtæ Toleti Epiſtolam Melantij Toletani ad Salomonem Bracharenſem mittentis Epiſtolam ſynodicam Orientis ad omnes Epiſcopos totius orbis de erroribus Pauli Samoſatenſis Epiſcopi, cuius meminit Euſebius lib. Hiſtor. 7. cap. 26. & reſponſionem Salomonis ad eundem fratrem cum Epiſtola S. Marcellini ad eundem Salomonem, & ſynodum habitam Bracharæ contra errores Samoſateni tunc per Hiſpanias graſſantis. Qui Salomon obiit anno 299. ſucceſſit illi in ſede Bracharenſi Synagius Epiſcopus.

*S. Melantius Obijt Genuæ.*

281 Hic Sanctus pontifex dum iret viſitatum (vt creditur) S. Papam Marcellinum Genuæ obijt 28. die Septembris.

*S. Melantius prædicauit Genuæ.*

282 Prius tamen aliquot tempora prædicauit legem IESV CHRISTI ibidem.

283 Meritò queruntur viri ſapientes piique, quod multa tradita ſint obliuioni, vt multo-

rum Martyrum Toleti ſub Daciano aliiſque præſidibus paſſorum, quos ille pro CHRISTI fide necauit.

*Loca Toleti celebrata, vbi S. Leocadia, nata vincta, & ſepulta fuit.*

284 Omni memoria frequentata ſunt Toleti loca, vbi S. Leocadia virgo & Martyr nata, vincta, & ſepulta fuit, & nunc ſuper ædiculam vbi nata parochia eſt, quam Siſibertus miro opere conſtruxit, Mauri Meſquitam fecerunt; in ſpelunca crux in lapide, quam ſacra Virgo pollice impreſſit, ea de re extat hymnus, qui ſic incipit: *Lætare Toletum.* Quem compoſuit Cyprianus Archidiaconus Cordubenſis ad petitionem Adulfi Comitis Anatagildi Abbatis, & Valentiniani presbyteri Toleto oriundorum anno ∞oxx. obiit ipſe Comes anno ∞oiv. Cyprianus ∞olx. iacent Cordubæ.

*Cyprianus Archidiaconus Cordubenſis.*

285 Ex traditione quidem conſtat S. Leocadiam in verberibus in equuleo ſuſpenſam, vt moris erat Romanis, Deo gratias egiſſe, ac vim tormentorum non exiguam Daciani iuſſu ſuſtuliſſe.

*S. Ildephonſus compoſuit miſſam S. Leocadiæ.*

286 S. Ildephonſus compoſuit inter alias miſſas S. Leocadiæ; & hymnus compoſitus creditur, qui Martyrium eius continet à S. Montano, & à me Gotthicè ſcriptus ante quinquaginta annos ſub captiuitate Toleti.

*Siſibertus exædificauit Baſilicam S. Leocadiæ.*

287 Eccleſia parrochialis quam S. Leocadiæ Siſibertus fecit, vocatur Baſilica.

288 Fuit, vt ex traditione maiorum accepimus,



*Templum Mineruæ Carpetanæ in quo habitauere Reges Gotthi.*

mus, iuxta domum, vbi S. Leocadia Virgo & Martyr Toletana, nata & educata eſt, ingens templum ſeu Baſilica Mineruæ Carpetanæ dicata, vbi reges Gotthi aliquando habitauerunt. Hanc cum domo Sanctæ fecit Siſebertus Eccleſiam eidem Diuæ ſacratam, in qua erant multæ porticus, & ſpatioſa deambulacra, & vocata eſt S. Leocadiæ vulgo Baſilica.

289 Et accepi ſimul à maioribus in S. Leocadiæ ſacello regio corpus ſepultum fuiſſe in Aulæ ſacello maiori, & propè ſepulcrum Virginis in pariete locatum thronum fuiſſe regis Receſuuinthi Gotthorum more purpurâ auroque contectum, & tam propinquus ſedebat ſepulchro, vt ipſe per ſe Rex dederit gladiolum S. Ildephonſo qui cum velo ſeruatur in æde maiori.

*Thronus regis Receſvvinthi in aulæ ſacello maiori prope ſepulchrum S. Leocadiæ.*

*Zulema mons.*

290 Gebel Zulema mons incipit ſurgere ab Alcalá, & porrigitur vltra Complutum vel Guadalajaram, dictus etiam mons Tarac (ſed præualuit primum nomen) ab hác Alcalá V. M. paſſ. Vetus fuit viculus dictus fumoſus, & ibi eſt templum B. Virginis, nunc oppido diruto, dictum de Fumoſa, ibi fuit vrbs Menſæ viridis vel Medina Almeida.

*Templum B. Virginis de Fumoſa.*

*Guſia oppidum.*

291 Guſia diſtat Cmpluto XVI. M. paſſuum, fuit prope Zulemam.

*S. Nunilo & S. Alodia.*

292 In pretio ſunt SS. Virgines Nunilo & Alodia, Virgines & Martyres, quarum co-

gnominum quædam longè ante euerſionem Hiſpaniæ, quędã ſub Mauris anno cc ∞ XLIIX. quædam anno circiter cc ∞ LI. primum paſſæ fuiſſe creduntur. Quaſdam Oſca Bæticæ, quaſdam Tritium patronas habet, quaſdam Oſca Aragoniæ.

293 Oppido Boſcæ prope oppidum Berbetanum nunc autem Berberanum; apud Antoninum Barbariana. paſſæ ſunt verò ſanctiſſimæ Virgines Nunilo & Alodia ſorores anno cc ∞ LI. XXI. Octobris.

294 Ferunt priores Bononiæ paſſas & ibi ſeruari earum corpora.

*Vſuardus Martyrologus vixit temporibus Caroli Magni.*

295 Vſuardus qui tranſgreſſus eſt annum cc ∞ XXX. addidit multa ſuo Martyrologio poſt mortem S. Imperatoris Caroli Magni.

*Iſcadia Cienpozuelos quaſi Puteoli centum.*

296 Iſcadia ciuitas in Carpetania in via Toleto Complutum, diſtans Toleto XXXII. M. paſſ. vbi conductus profundiſſimus à centum foraminibus quaſi centum puteolis diſtinctus, & ibi Iſcadia, poſt puteoli centum, à Puteolanis Italiæ aiunt conditam, me viuo reparatur, quæ fuerat à Sarracenis deſtructa.

*Iacobus, Iſaacus & Ioſephus tres ſancti paſtores translati Hieroſolymis Bletiſſam.*

297 Nunc maximè florent Bletiſſæ prope Salmanticam tres Sancti paſtores tranſlati ex Turre Ader Hieroſolymas, & inde Bletiſſam in Hiſpaniis, obierunt eodem die ſcilicet 25. Decemb. anno poſt Chriſtum natum XL. iam ætate graues, miraculis illuſtres, vitâ omni ætate ſanctiſſimè peractâ. Nomina horum, vt



in quibuſdam libris legi, Iacobus, Iſaacus, & Ioſephus inter ſe cognati, & vt creditur Virgines, ex vrbe Nazareth honeſto loco nati, erant opiliones.

298 Adlati fuiſſe creduntur à quodam Bletiſſam poſt annum CCIↃ.

*Sanctorum Magorum corpora Salamine Conſtantinopolim, inde Mediolanũ translata.*

300 Sanctorum Magorum corpora ex Salamina vbi paſſi ſunt pro CHRISTO anno 80. vbi & prædicarunt, Conſtantinopolim tranſlata ſunt iuſſu Helenæ Auguſtæ, & ſepulta in templo S. Sophiæ. paſſi ſexto die Ianuarii, vbi multis coruſcarunt miraculis, & Conſtantinopoli inde Mediolanum tranſlata mirificè clarueruut.

301 Mira ſunt quæ dicuntur, Gaſparem veniſſe Seaagoſanum. Obiit anno CXL. ſui natalis Gaſpar: Balthaſar anno CXX. Melchior C.

*S. Eunuchus.*

302 Apud inſulam Tiprobanam ciuitate portuque Paleſimundo Martyrium S. Eunuchi, quem alii Philippum, alii vocant Candacem, quod ciues ab Herculis cultu remoueret, Idibus Nouemb. anno XXCX. qui doctus fidem, quam à Philippo Diacono doctus, in India, Erythrâ ........ docuerat etiam cum S. Matthæo Apoſtolo prædicans, anno XXCX. VIII. annos poſt Apoſtoli Martyrium, interemptus eſt.

*Fragmentum libri ſuper Timæum Pla-*

303 Hæc dum ſcriberem, delatum eſt ad me libri fragmentum ſuper Timæum Plato

*tonis, quem ſcripſit Chalcidius.* nis Philoſophi Chriſtiani Chalcidii, qui vixit poſt tempora S. Iſidori iunioris anno DCL. à natali Domini, alii ponunt multo ante hæc tempora, ſed præſtat quod prius dixi.

*Santander.* 304 Portus Victoriæ Iuliobrigenſium in Cantabris eſt Santander, vbi tempore Tyberii Iuliobrigenſes vicerunt magnam claſſem nauium piraticarum, eaſque ſubiectis flammis incenderunt. Fama quoque eſt Lacones Condidiſſe in Cantabris Obſicellam vrbem. Erant ij ſocii Antenoris quum irent in Italiam, nunc dicitur Aldea celi prope oppida Barnales, Labarcena, & Alboredo.

*Obſicella. i. Aldea celi à Laconibus condita dicitur.*

*Romanos vicerunt Aſtures, & Romani Aſtures.* 305 Romanos tribus exercitibus viciſſent Aſtures in vnum collectis, niſi à ........ (nunc pupuli berciales) finitimis admoniti Romani viciſſent fugaſſentque ipſoſmet populos Aſturum.

*Arraxilum Arciniega.* 306 Arraxilum in Cantabris, nunc dicitur Arciniega vt Bellica vel Velliga, Barçana maior, mons Vnadius ea parte, qua confugerunt Cantabri, Cueto de Hano, al. Ori, vnde videtur magna pars Hiſpaniæ, & pars etiam magna Galliæ.

*Hermogenes, Donatus, Martyres.* 307 Memoria celebratur SS. Martyrum Hermogenis Donati, & Donati & 22. qui nati Trogilii, vbi torqueri cæpti, Emeritæ tandem paſſi ſunt.

*Aſtura fluuius. i. Ezla.* 308 Aſtures ſua caſtra ponunt apud flumen Aſturam, quod vel ab Aſturibus, vel ab *12. Decemb.*



Aſturica ciuitate nomen accepit, meo vero ſæculo Ezla nominatur.

309 Claudiam Proculam vxorem Pontii Pilati domo Lugdunenſem poſt obitum viri ſecutam diſcipulos S. Petri prædicantes in Paphlagonia, iam ſenem & ætate confectam anno LXXIV. 20. Martii paſſam cum aliis octo mulieribus illuſtre pro CHRISTO Martyrium, ſicut ei CHRISTVS in ſomniis per Angelorum miniſteria prædixerat, teſtantur annales veteres. *Claudia Procula vxor Pontij Pilati paſſa eſt pro Chriſto n. 41. ſup.*

310 Hanc ab Apoſtolis baptizatam, & dum Spiritus Sanctus venit cum alijs mulieribus illum accepiſſe, & B. Virgini caram fuiſſe, cum illáque conuerſatam nonnulli dicunt. *Claudiâ Procula ab Apoſtolis baptizata.*

311 Aminius flumen Plinio lib. 4. cap. 22. qui diſtat à Minii fontibus 200. millib. paſſ. aliàs dicitur Silnatus in Aſturibus flumen aquarum, minijque ferax, cui Minius famã aufert. *Aminius Fluius.*

312 Malim aſſentiri D. Auguſtino ſalutem conſecutum Pontium Pilatum affirmãti cum nonnullis patribus Hiſpaniæ, quàm Euſebio Cæſarienſi, dicenti ſibi manum ipſum intuliſſe. Nam contemporanei Ioſephus & Philon præter eius Romam aduentum vt a Tiberio iudicaretur, nihil adfirmant, ſcripturi voluntariam cædem ſi contigiſſet. *Pontius Pilatus creditur ſalutem conſecutus.*

313 Simon Leproſus maritus Mariæ, paterque Marci, cognomen Ioannis, patrus S. Barnabæ ſeptem filiorum parens (qui poſt Iulia- *Simon leproſus excepit Domini Diſ-*

*cipulos ad cœnam.*

nus dictus eſt Epiſcopus in Gallia ) excepit Domini diſcipulos ad cœnam.

314 Et hic ipſe habebat villam, & domum vbi ruſticabatur in Bethania, vt colligitur ex ſacrâ Euangeliſtarum Hiſtoriâ.

*Domum Simonis Leproſi poſſedit prius Ionnes Euangeliſta.*

315 Domus illa empta fuit priùs Ioanni Euangeliſtæ, antequam Diſcipulus eſſet, poſtea vendita fuit Simoni Leproſo.

*S. Roſula ancilla Mariæ matris: Marci cum Domina venit Romam & inde in Sardiniam.*

316 Memoria celebratur in Hiſpanis S. Roſulæ Virginis & Martyris, quæ ad Sardiniam delata poſt annum 50. fœlix martyrium Laude virginitatis cumulauit, 16. Cal. Iunij Ledæ celebratur. Hæc creditur fuiſſe illa ancillula Mariæ matris Marci, Græcè dicta Rhode, id eſt, Roſula, quæ cum dominâ venit Romam, inde verò ad prædicandum in Sardinia venit cum viris Apoſtolicis, qui in eâ inſula fidem Chriſti prædicauerunt Hieroſylim. ciui.

*S. Cyta educauit S. Quiteriam Liberatam.*

317 Quum D. Bernardum Toletanum Arciepiſcopum per Luſitaniam & Galetiam comitatus ſum, veni Zomarum, vbi prope templum erat S. Cytæ Virginis & Martyris, vbi corpus eius ſeruabatur. creditur fuiſſe virgo quæ creauit & educauit S. Virgines & Martyres ſorores S. Quiteriam, Liberatam & alias Luſitanas, colitur anniuerſarius dies eius martyrij calend. Nouemb. creditur paſſa non multo poſt quàm virgines illæ paſſæ ſunt.

*S. VVamba Diaconus Segobienſis.*

318 In eodem itinere, in templo S. Leocadię viſi corpus S. VVambæ Diaconi Segobienſis, cuius fit mentio 6. Toletano Concilio, quod Chriſtiani Segobienſis cum alijs reliquijs eò detulerunt, tempore Maurorum in Hiſpania.



*S. Torquatus Archipresbyter Toletanus paſſus ſub Muza Sarracenorum duce.*

319 Non procul Vimaro in tractu Bracharenſi viſi ſepulchrum Sanctiſſimi Torquati cognomento Felicis Epiſcopi Bracharenſis & martyris, qui interfuit XVI. Toletano concilio, fuit patriâ Toletanus, & eius vrbis Archipreſbyter, inde Epiſcopus Irienſis inde Portuenſis & Bracharenſis. Occiſus eſt fidei cauſâ à perfidis Sarracenis ſub Muza anno ƆCCIXXIV. Cal. Martias, vt legi in martyrologijs. Occiſus eſt cum aliis viginti ſeptem ciuibus Bracharenſibus. Eius gratiâ vocatum eſt oppidum prope Complutum id eſt Guadalajaram, vicus S. Torquati, & in fine Toletani Epiſcopatus S. Felicis & nunc Sahelices & prope ........ coloniam S. Felix Gallecorum, celebris eſt tanti viri memoria.

*Vſismala.*

320 Quum rediremus ad Mirandam, viſuntur in itinere quædam ingentes ruinæ ciuitatis olim dictę à Romanis Municipium Vſiſmala. Mauri detruncato vocabulo vocauerunt Biſmila. & non procul eſt pons opere Romano ſuper flumen Turiam.

*S. Baudelius paſſus martyrius ſub Diocletiano.*

321 Celebris eſt memoria. S. Baudelij, Camorenſis ciuis vulgo dicti Boal, qui paſſus eſt martyrium ſub Diocletiano XX. Aprilis anno CCLXXXIIX. ſub Daciano præſide, adeſt pi-

ctura cum corpore transfixo quadrihaſtâ. Celebratur eius dies natalitius Cal. Nouemb. reliquiæ eius ſeruantur Ouieti in camerâ ſanctâ & alibi.

322 Eodem itinere ad S. Petrum Rueritij de Vega vidi inſcriptionem DEO VEXILLOR. MARTIS SOCIO BANDVÆ, cuius fons ſacer fuit in Sabinis dictus Banduſia quaſi ſubſtantia Banduæ, qui fuit in Italia, hinc dicta noſtris.....

*Anatorgis vrbs.*

323 Inveni in quibuſdam veteribus auctorum ſcriptis vrbem in impendentibus Sucroni flumini ſcopulis impoſitam olim Anatorgim tempore Carthaginenſium, mox Carthaginem, mox Conciam, vel Concham dictam & flumine ſecundo ingentem vrbem fuiſſe prope Alcalaem dictam Malacham, in quibus vrbibus, fluuius hic vado tranſiri poteſt pedeſtribus. Naſcitur in eodem monte ſaltúſque quo Tagus & Turias.

*Alcala.*

324 Duæ in Beticâ Italicæ. altera eadem quæ Ilipa. altera ſedes Epiſcopalis Alcalade....

*Tudenſis Eccleſia. reparatur à Greg. I. Pontifice & Vrraca ſorore Adephonſi VI. Tudela quaſi Tude alia.*

325 Hac tempeſtate florebat Eccleſia Tudenſis, quam Sarraceni cum vrbe Tude deſtruxerunt reparatur à Gregorio. I. Georgio Pontifice, & Vrraca ſorore Adephonſi Sexti Regis Hiſpaniæ. Tude alia eſt arx de caſtello, Nam Tyde eſt in maritima ſupra ...... nunquam fuit ſedes.

*Anaſtaſius*

326 Rutunii in Hiſpaniâ, in Celtiberia XI.

Octo-



Octobris Sanctorum Martyrum Anaſtaſij presbyteri, *Geneſii militis* & ſociorum, qui in primis Eccleſiæ perſecutionibus paſſi ſunt.

*Presbyter* Geneſius miles. *nu.* 389.

327 Imperator Alfonſus Raimundi filius hæc me ſcribente bellum gerebat Libanicæ, quæ nunc Ribadeo dicitur, vbi fluuius Narius hanc diuidit vrbem à caſtro Pollucis: hæc Aſturum vrbs eſt, illa Gallecorum.

*Libanica i. Ribadeo. Hic Auctor ſcribebat, imperante Alfonſo Raimũdi filio.*

328 Melſus fluuius currit per Aſtures per Loarcam oppidum. item Ionaſum oppidum Artabrorum, nunc dicitur portus Neda & Artabri porriguntur vſque ad fines Galletiæ rientalis.

*Melſus fluuius Aſturiæ. Ionaſum, oppidum Artabrorum.*

329 Nec minus mirabilis eſt Galletia quàm Aſturia, nam quum fui in Primatis comitatu, viſi quinque Cicas inſulas prope Abobrigam I.. t.... inter quas & ........ verſus meridiem, eſt promontorium Ciſaron à nutrice quadam I. Hecubæ Reginæ ſorore dictum. Quinque ſunt iſtæ inſulæ Plinio Cicæ ab abũdantiâ gallæ quæ Kikas dicitur, vel à potẽtia, rerumque affluentiâ. Sunt illæ Sigcos, ſtatim locus profundiſſimus trium milliarium. 2. Stephanus. 3. Superata. 4. Cica maior. 5. Cica minor dictæ Deorum inſulæ, diſtant à littore IV. Mill. paſſ. ſunt multarum rerum abundantiâ locupletatæ nauigantibus vtiles.

*Cicæ inſulæ Galletiæ ab abundantiâ gallæ ſic dictæ.*

*Nummus cũ facie Augu-*

330 In agro Carpetano reparata eſt Colonia Vrátria quę nunc *Vatres* dicitur, antiquum oppidum Carpetanorum.

*Vratria: Vatria* Vatres.

*Aluarus Didaci vir ſanctus iacet in S. Petri de Rommariz. f. Ramirez.*

*ſti colonia Vratria litteris Hiſpanis.*

331 Sub annum Domini Mc. dum pro Cido Aluarus Didaci vir ſanctus & pius in Galletiá res gereret, obijt. 4. Feria menſe maio, iacetque in Sancto Petro de Romariz. quod Rex Rammirus ædificauit.

332 Vratriæ meminit Antoninus Pius in itinerario in viâ Emeritá Cæſarauguſtam per Auguſtobricam Toletum inde Vratriam XXIIX. mill. paſſ. Titultiam XXIV. M. p. nunc eſt Perales. Sic legitur in codicibus antiquioribus MS. Antoninij pii.

*S. Eugenia. Virgo & Martyr. per Rodericū Didaci Campiatorem Vticam ad oppidum Cerdouillam delata.*

333 Reliquiæ S. Eugeniæ Virginis & martyris paſſæ in Cordubenſi territorio oppido Vtica (nunc Marmoleios) ſub Aſerramane 4. 26. Martij anno CMXXIII. quæ propter confeſſionem fidei grauiſſimè torta, demum iugulata martyrij palmam conſecuta eſt, per Rodericum Didaci Campiatorem Vtica ad oppidum Cerdouillam delata fertur, & ibi Eccleſia per Paſchalem Epiſcopum Burgenſem eidem Sanctæ conſecrata.

*Bicerius I. Bigorius conſanguineus Roderici Didaz Campiatoris filius D. Sanctiæ Vermudez.*

334 S. Vir Bicerius. I. Bigorius martyr Abbas Benedictinus S. Eugeniæ anno MCXX. factus eſt Epiſcopus Karinenſis (quę ſedes tranſlata eſt poſt Ilerdam, & corpus eius tranſlatum eſt Gerundam, fuit conſanguineus Roderici Didaz Campiatoris filius D. Sanctiæ Vermudez ſororis Domini Vermudi Dominæ Sol dictæ filiæ. Roderici Didaci filius Rex Aragoniæ dedit hanc ſedem prædicto S. Ab-



bati. Fuit vir eximiæ ſanctitatis, omnibus virtutibus cumulatus, obijt 27. Auguſti anno Domini MCLX. quum eſſet annorum pluſquam centum & decem. Celebris mentio illius habetur in conſecratione Eccleſię S. Eugeniæ virginis & martyris Cordubę paſſæ, cuius & ille fuit Abbas, ſanctiſſimam vitam in Abbatia & Epiſcopatu duxit. Eccleſia Ilerdenſis illum tanquam Epiſcopum ſuum colit. ad quem annum ego perueni plenus annorū & ægritudinum. Fuit verò martyr in Gręciá. Lege auctores 14. Septemb.

*Eccleſia S. Eugeniæ Cordubæ.*

*Beatia Baëza.*

335 Imperator oppugnauit Beatiam & Iaenem ac Menteſam in populis Baſtetanis. I. Baſtulis, corruptè in Liuio, legitur in Auſetanis Broſetanis, cuius Liuius meminit.

*Facies Ieſu Chriſti in ſudanio expreſſa apud Iacnenſes ſeruatur.*

336 A temporibus antiquiſſimis apud Gareſenos. I. Iacnenſes I. Gienenſes adlata facies CHRISTI vna de tribus ex vrbe Româ maxima cum veneratione colitur, & oſtenditur peregrinis.

337 Hæc à temporibus Gotthicis remanſit in cuſtodiá ſummoque pretio apud Chriſtianos Muzarabes inter Mauros.

*Abula in Bateſtanis Bilches.*

338 Abulę in Bateſtanis quę nunc Bilches nominatur decurtato vocabulo, non procul à montibus Marianis metalla eruebantur.

*In primis Maurorum ingreſſibus recc-*

339 In Luſitaniæ monte non procul Sarandula (nunc vulgò Xarandilla) & Cacenſi oppido domus ſacra eſt DOMINO Saluatori

*perunt ſeſe Epiſcopi totius Bæticæ in oppidum vicinũ Sarandulæ nunc Xarondilla.*

ante tempora Gotthorum. ibi fuit vetus oppidum, quo ſe receperunt primis Maurorum ingreſſibus Epiſcopi ferè totius Bæticæ, ſcilicet Fauſtinus Hiſpalenſis ab Gotthicis ciuibus excluſus, Florus Menteſanus, Bonifacius Caurienſis, Zaceus Cordubenſis, Honorius Malacitanus, Aruidius Aſtigitanus, Pupulus Eliphenſis, Habitus Vrcitanus, Arceſindus Egabienſis, Theodiſclus Beatienſis, Cumuldus Italicenſis, Siſibado Tuccitanus, Baſilius Baſtitanus, Centurius Eliberitanus, timore Sarracenorum correpti, & bona pars horum priorum dicitur Martyrium obtinuiſſe per manus Sarracenorum. nam quum faceret quidam ſacrum, cæteris inuantibus interceptus eſt, & in puteum miſit ſacram hoſtiam, ne veniret in manus perfidorum, & poſt mortem illorum, honorificè collocata eſt ſacra hoſtia. locus vetus adhuc eſt in maximo pretio vicinis.

*Tagus Parnaſſius Gudalamar. Anaſ. fl. Bætica.*

340 Meo tempore deſtructa fuerat Caſtulo, finis Bæticæ, circa quam fluuius Tagus Parnaſſius fluit, vulgo dictus Guadalamar, qui circa Bætim fluuium & Anam minorem naſci perhibetur.

341 Non procul Bæte & hoc Tago naſcirur Anas fluuius minor, qui Tagus maior eſt Ana, longiuſque decurrit, minor verò Bæte.

*Paſſaron oppidum Luſitaniæ.*

342 Hac ætate reparatum eſt in Luſitaniâ prope Boduum oppidum Paſſaron à Græcis Epirotis conditum, nec procul fluit amnis Godiria vulgò Gottus dictus, diſtatque Paſſaron oppido Gargaris à Sarracenis voce corrupta dicto Garguera x. M. paſſ. Paſſaron verò dirutum eſt à Sarracenis eam regionem occupantibus.



*Opp. Villameſa.*

343 Eodem tempore dirutum eſt oppidum Gargaris diſtans IV. M. paſſ. dictum Placenciola, cuius cauſa neſcitur.

*Gigendi meminit Antoninus.*

344 Reparatum eſt oppidum Gigandum vulgo Guiſando, prope quod ſunt quidam erecti tauri lapidei promontoriâ Metelli.

*Sarionis oppidum Luſitaniæ Maraz.*

345 Et reparatum eſt in Luſitania oppidum Sarionis corruptè dictum à Mauris, qui vicum demoliti ſunt Xaraz. celebris erat peregrinatio ad oppidum illud vbi imago B. Mariæ clarebat.

*Cantabria ciuitas.*

346 Cantabria ciuitas prope Barcam, quas Iberus diuidit, nunc reparatur. eo vſque pertingebant Cantabri diuiſi à Vaſconibus. Hæc Cantabria à temporibus Romanorum eſt ciuitas egregia.

*Naiara.*

347 Naragara. i. Narangara, nunc Najara decurtato vocabulo, ciuitas antiqua, nunc paret Regi Adephonſo Legionenſi.

*Burdalo. i. Puda.*

348 Reparatur oppidum Puda in Vettonibus, nunc corrupto vocabulo Burdalo, quod nomen Puda fluuio conuenit. reparatur etiam ibi oppidum Lacca, nunc Abertura.

*Albertura.*

*Quinctia Marcella & Potamiena Martyres.*

349 Florebat per Hiſpaniam memoria ſanctorum Martyrum Quinctiæ, Marcellæ & filiæ eius Potamienæ Virginis & Martyris, quæ quum in Hiſpania ſepeliſſent M. Aurelium maritum ciuem Burſadenſem in Celtiberia, reuerſæ ſunt in Alexandriam patriam, & ab Origene tunc Catechiſta edoctæ, tandem 4. Cal. Iulii cum aliis illuſtre paſſæ ſunt martyrium, quod Euſebius Cæſarienſis lib. 6. capite verò quarto Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ celebrat,

350 Nec deſunt qui putent has fuiſſe Hiſpanas fæminas, ſed poſt mortem M. Aurelii Chriſtiani, Origenis famâ commotas relicta patriâ vrbe Burſada in Celtiberis Alexandriam petiiſſe, vbi ab Origene nimis edoctæ martyrii palmam conſecutæ ſunt.

*Vallata vrbs in vacceis.*

351 Vallata ciuitas in Vacceis I. Cantabris reædificatur, dicta nunc Villada, diſtat nunc Legione XXXII. M. paſſ. XXVI. inter amnem nunc vulgo Vallacha XXII. Legionem ſeptima ..... vt eſt in Antonini itinere Aſturicâ Tarraconem.

*Cares, Aqua, Daroca ab Adelphonſo Raimundi Comitis filio poßidentur Celda.*

352 Quum Imperator Adephonſus Raimundi Comitis filius Cæſarauguſtam vicit, etiam poſſedit Carem, & Aguam I. Darocam, & quicquid eſt in valle longâ per quam currit fluuius Celita, quaſi regitur curſu vt Equus deſultorius, dicitur verò vulgo Celda.

353 Meis temporibus reparatum eſt iter Li-



biſoſa Cæſarauguſtam & Carthaginem Spartariam, quæ viæ vetuſtiſſimæ ſunt à temporibus Scipionum. reparatę iuſſu Imperatoris Auguſti D. filij.

*Suſana ciuitas I. Alcaraz.*

354 Suſana ciuitas à Sarmatis in Hiſpaniâ condita, nunc Alcaraz Mauris dicta, bonorũ eſt ferax equorum.

*Litioſa forum.*

355 Idem Auguſtus iuſſit fieri Libiſoſam forum pro reparatione viarum.

356 Quum Imperator Adephonſus Raimundi comitis filius expugnauit Beatiam & Vbetam & Saliotem, quę olim fuit Colonia Salarienſis Plinij & aliorum.

257 Altera Salaria Ptolomæi non eſt Colonia prope ........

357 Quando Imperator obſedit Cęſarauguſtam prope Carimnum dictam Carem & Molam occupauit mentes, Marianos ibi conſiſtentes, qua fecit impetum in vrbem Cęſarauguſtam. perperam quidam Codices Liuij habent montes Manlianos.

*Menſa ſolis arx & oppidum.*

358 Reparatur oppidum & arx dicta Menſa ſolis à flumine Langara M. paſſ. IV. diſtans. olim à Romanis condita.

359 Munitio hæc validiſſima fuit tempore Gotthorum & celebris.

360 Nec deſunt qui putent Meſas appellatum conditumque populis Indicis qui vocatur Meſæ, quorum meminit Plinius lib. Naturalis Hiſtoriæ ſexto cap. XX. .....

*Salome Mater Ioannis & filia S. Annæ.*

361 S. Ignatius epiſtolâ ad Ioannem Theologum eius matrem Salomem facit filiam S. Annæ, & apud Salomem...... S. menſes moratam.

*Corpus S. Indeletij tranſlatum Vrcis ad monaſterium quoddam.*

362 Quum Imperator cepit Almeriam, repertum eſt ibi corpus S. Indelitij diſcipuli S. Iacobi, tranſlatum ex Vrci ciuitate, non ante trecentos annos, prius à Mauris exciſa, prope arcem Copidem in littore conſtituta. tranſlatum eſt autem ab Aragonenſibus ad monaſterium quoddam.

*Vrci ſuprà n. 164.*

363 Et quia dictũ eſt paſſum S. Epiſcopum Vrcis vbi fuit Epiſcopus, & repertum eſt corpus eius Almeriæ, à quibuſdam antiquis deceptis vocata eſt Almeria Vrci.

364 Erat oppidulum Egeſta non procul oppido Portilla.

*Egeſta Portilla.*

*Terminus Epiſcopatus Vrcitani.*

365 Finis huius Epiſcopatus Vrcitani Munda fluuius, vbi influit in Taderem vel Securam Carthaginem & Murtiam dictam olim Bigaſtrum & caſtrum Dotanæ nunc Totanæ.

366 Inter Carthaginem Spartariam Tingem ad meridiem interiacet inſula Pranaſque & Mavitania, diſtatque Carthagine Spartaria (vt) docet Antoninus Pius C D. ſtadijs vel quinquaquinta milliaribus, non procul à Barea ciuitate, quæ nomen dedit illi regioni, vbi Vrci & Barca eſt & Murgis. diciturque Mauitania, extenditurque verſus Orientem, ad Septentrionem. in littore eſt Deitania vſque Dotanam, quæ Deitania dici debuit, vt caput illius prouinciæ, mox Conteſtania à flumine, prope quod eſt Lucentum Oppidum vſque ad oſtia Sucronis.

*Barca ciuitas.*

*Deitania regio.*

*Illaturgi in-*

*Botana caput eiuſdem regionis.*



*Lucentum oppidum.*

*Lentulus fl. Guadalentin.*

367 Flumen hoc diuidens Conteſtanos à Deitanis dicitur fluuius Lentulus. Arabes verò ſua lingua vocant Guadalentin.

*Corpus S. Vincẽtij ſepeliuit Luceriâ quæ & Suſana matrona Lucentenſis.*

368 Corpus S. Vincentij Epiſcopi Memanienſis & Martyris quædam S^ta^ Matrona Lucentenſis, quæ Luceriâ & Suſana nunc dicitur, emptum pretio ſepeliuit inter Memaniam & Portullium vel Portillam in quodam prædio ſuo diſtanti Portullio IIX. M. paſſ. vrbe Spartaria Carthagine per antonomaſiam dicta, & vt Roma vrbe 44. inde tranſlatum eſt ad vrbem Dotanam caput regionis Deitaniæ. Congregauerat Peruſij vrbe Hiſpaniæ Capitolinus Iudex Tuſciæ poſt Hiſpaniæ, multos. nunc à Mauris corrupto vocabulo dicta Parraces prope Confluentem Mundæ & Securæ.

*Peruſium Hiſp. vrbs.*

*Capitolinus Iudex Tuſciæ & pòſt Hiſpaniæ.*

*Capitolinus Iudex fuit Conſul cum Imperatore Aureliano.*

*Marimanus Conſularis cõuerſus eſt.*

369 Capitolinus Iudex qui torſit S. Vincentium, fuit Conſul cum Imperatore Aureliano II quo tempore florebat Marimanus Conſularis, qui conuerſus eſt, & Epiſcopus Mamanenſis aut Mamenſis poſt dictus eſt tempore Gotthorum Veracenſis à Veraca I. Barca nunc Vera ſub vrbe Toleto.

*Maurus Archipresbyter Illiturgi interfuit Concilio*

370 Maurus Archipreſbyter Illaturgi inter Carthaginem Spartariam & Securam, venit ad concilium Illiberitanum cum Epiſcopo

L

*Illiberitano. Siſebertus Rex extruxit Illaturgi templũ in honorem S. Euphraſij. Illaturgum nunc Taruilla diruta iuſſu Scipionis.*

Biguerræ, quo tranſlata fuit ſedes Illaturgitana. In hoc oppido Illaturgi Baſteſtanorum fecit Rex Siſebertus Eccleſiam in honorem S. Euphraſij diſcipuli S. Iacobi ibidem Epiſcopalem ſedem habentis, nunc diruta eſt, & ruinæ dicuntur Taruilla. ibi paſſus eſt S. Euphraſius Martyrium 2. anno Neronis Imperatoris menſe Februario, quo die prope Granatam S. Cæcilius, Acci Torquatus, & Euphraſius in hoc Illaturgi, cuius meminit T. Liuius, dirutumque fuiſſe dicit 3. Decade mandato Scipionis.

*S. Euphraſij Corpus delatũ eſt in Galletiã. Sedes Illaturgitana.*

371 Corpus huius ſancti à Chriſtianis Illaturgitanis delatũ eſt in Galletiam in Maurorum irruptione, qui Illaturgim hanc deleuerunt, & ſedes Epiſcopalis iam erat Bigueram tranſlata

*Biguerram tranſlata quæ reducta eſt Eliocrocam, & inde Carthaginem.*

372 In diuiſione ſedium tempore Conſtantini Magni ſedes Biguerrenſis dicta Illaturgitana reducta eſt Eliocrocam.

373 Non poſt centum annos à Concilio Illiberitano Eliocrocenſis ſedes Carthaginem Spartariam eſt redacta: nec multò poſt exciſa Carthagine à Gotthis tranſlata eſt ſedes Carthaginenſis Bigaſtrum, quæ nunc Murcia ſub Mauris eſt, manſitque Archidiaconatus ibi Eliocrocenſis, Veſtigium veteris & primariæ ſedis Eliocrocenſis tranſlatæ Carthaginem.

*Bigaſtrum Murcia.*

*Abula duplex. Biguerra*

374 Abula in Bateſtanis non procul Biguerra nec Salaria, quæ & hoc tempore Sa-



*Bigarra. S. Secundus B. Iacobi Diſcipulus.*

lobral dicta nunc Veneſeruata. ſedes fuit vbi S. Secundus B. Iacobi Zebedæi filij Diſcipulus, vbi & Kal Februarij paſſus eſt 2. anno Neronis. Tranſlatum eius corpus ad alteram Abulam recentiorem.

*Abulenſis ſedes pertinuit ad Toletanum.*

375 Sunt qui putent ad Bonillum fuiſſe Abulam oppidum Alcarazio municipio dicto Suſanna pertinere, cuius Archidiaconus dictus de Alcaraz eſt in Eccleſia Toletana in ſignum, quod olim ſedes hæc Abulenſis pertinuit Toletanæ. Huius Abulæ fuit Epiſcopus Priſcillianus Hæreſiarches, & errore à Gotthis tranſlata eſt ſedes ad alteram Abilam.

*Priſcillianus Epiſcopus Abulæ fuit Hereſiarches.*

*Abulam Bateſtanorum putant aliqui eſſe Chinchillam.*

376 Nec deſunt qui putent Abulam Bateſtanorum eſſe Chinchillam ciuitatem præ Libiſoſa, & etiam alijs vrbibus Bateſtaniæ, & præ Bargula, quod mihi probabilius videtur.

*Vaſcones venerunt ad Carpetaniam.*

377 Vaſcones venerunt ad Carpetaniam ſub C. Cæſare ad meridiemque Toleti, dicitur Gaſconia, vbi ciuitates Arigora, olim Aria, Orgazium, Marcolia, i. Margeliza modò ſunt, vbi S. Quiteria paſſa eſt, & vbi iacet ſacrum eius corpus.

378 Fluuius prope Accim, cuius pons cecidit venientibus S. Iacobi Diſcipulis dicitur.......

*S. Quiteria Virgo & eius 8. ſorores. Dionyſius Areopagita præ-*

379 Benè potuerunt ſacræ nouem virgines Quiteria ſororeſque audire prædicationem S. Dionyſij Areopagitæ, dum per Hiſpanias prædicaſſet, & longe verò ſimillimum eſt in

*diſcauit per Hiſpanias.*

Galleriâ Luſitaniaque in territorio Tudenſi ac Bracharenſi ſemen Euangelicæ prædicationis diſſeminaſſe.

*S. Vulgefortis, quæ & Liberata Catellii filia. vide ſup. n. 249.*

380 S. Vulgefortis (quæ & Liberata) Catellii filia, paſſa eſt apud Caſtra Leuca in Luſitania (vt creditur à quibuſdam) iuſſu patris, quod nollet idola colere, nec contra votum virginitatis cuidam generoſo iuueni, cui pater eam ſponderat, nubere.

*Leucianus Regulus Carpetanorum à S. Quiteria reductus ad fidem. martyrij coronam conſecutus eſt.*

381 Regulo Carpetanorum Leuciano perfido fides Christiana cœpit labefactari, & Iulianus Toletanus Epiſcopus, Iulius Abulenſis, Martialis Tyraſonenſis, Valentinianus Valerienſis cadunt. at Iulianus miſſis à B. Clemente literis cum Iulio reſipuit At veniente ad eam regionem S. Quiteria Leucianus reſipiſcens cum multis aliis ſociis martyrii coronam accipit.

*Columbæ duæ.*

382 S. Iulianus, vt creditur, duas Columbas, alteram paſſam apud Margelizam, alteram in Aſturicenſi conuentu prope Senonas, nùnc *Zamoram* oppidum vno ſacro coniunxit Hymno, Senonenſem ab illis verbis: *Ignes gemellos ſæculi.*

*Geneſij duo, Archiepiſcopi Lugdunenſes ambo.*

383 Duos fuiſſe Geneſios, Archiepiſcopos Lugdunenſes, ambos ſanctos & confeſſores ex monachis Benedictinis Lugduni habentur prioris lectiones, alibi S...... alterius iunioris, de quo parum accuratè Lugdunenſes.

*Eumelia ſoror S. Quiteriæ.*

384 Nec deſunt qui putent Eumeliam ſororem S. Quiteriæ dictam Euphemiam, quæ ad vrbem Abobricam paſſa eſt.



*S. Gemma eadem quæ Margarita.*

385 Eadem eſt prorſus S. Gemma, quæ Margarita, quæ gemma marina, quæ paſſa eſt ad Amphilochiam vrbem propinquam Aurienſi.

*S. Geneſius Abailardus Epiſcopus fuit Lugdunenſis &c.*

386 Anno xc∞. vel circiter Abailardus cognomento Geneſius, qui fuerat paulo anteà Epiſcopus Lugdunenſis, & reliquerat propemodum, electus, ſucceſſit Petro Archiepiſcopo Bononienſi, ſed mox receſſit ad ſuum cænobium amans quietem monaſticam.

*Conſtantinus Magnus reparauit Baſilicam B. Virginis Toleti.*

387 Conſtantinus Magnus anno cccxii. deſtructam Toleti, prius ab Elpidio Eugenio aliiſque B. Virginis Aſſumptioni constructam baſilicam, quam demoliri iuſſerat Diocletianus Imperator anno ccci. Daciano præſidi, ſuis ſumptibus magnificè reparari reficique fecit, & eidem B. Virginis aſſumptioni conſecrari.

*S. M. Marcellus Eugenius Epiſcopus Toletanus.*

388 Creditur S. Marcum Marcellum Eugenium in eodem loco, vbi eius eſt in ſuburbio via Matritum verſus nouum templum dedicatum habuiſſe ſedem Pontificalem cum anteceſſoribus ſuis, & ibi vixiſſe multos annos.

*S. Geneſius miles Hiſpanus, ſup. nu. 326.*

389 Frequens eſt S. Geneſii militis Hiſpani & martyris ad Cordubam, vt ferunt, paſſi apud S. Eulogium martyrem memoria.

*S. Marcus cognomẽto Ioannes prædicauit Bilbili.*

390 Florebat adhuc S. Memoria S. Marci cognomento Ioannis, S. Barnabæ Apoſtoli conſobrini, qui comitatus priùs Petrum, pòſt Paulum, ad Hiſpanias prædicauit Bilbili in Celtiberiâ, rurſus Alliæ, pòſt Romæ à B. Petro Apoſtolo Epiſcopus ordinatus, miſſus eſt...... in Equicolis, & ibi prædicans in perſecutione Domitiani ſub Maximo paſſus eſt XXVII. Aprilis, cuius corpus pòſt tranſlatum eſt Bracharam in Hiſpaniam, quod ego vidi coluique ibi reuerenter, quum eſſem Bracharæ cum Domino meo Archiepiſcopo Bernardo ibidem nonnullos menſes commorante, alibi 27. Septembris.

*Victor Photinus.*

391 Victor cognomento Photinus Dux Italicæ ciuitatis Hiſpaniæ Bæticæ filius Samaritanæ dictæ Photinæ..... prope Bracharam populos rebelles contra Claudium Cæſarem delebat. ibi adoleſcentem militem nomine Victorem ad fidem conuertit, qui non multo poſt mortem eiuſdem Victoris Photini adhuc Catechumenus pro fide CHRISTI patitur 12. menſis Aprilis.

*Aquæ Celenæ, duæ ſunt Galletiæ ciuitates.*

392 Duæ ſunt in Galletiâ ciuitates dictæ Aquæ Celenæ, altera prope Bracharam vbi nunc oppidum fanum, quarum meminit Antoninus in itinere litorali Bracharâ Aſturicam, ſed inter Aquas Celenas quæ Bracharâ diſtant CLXV. ſtadia & vicum Spacorum deſideratur munitio. Tude ſtadia CXCIV. ſequitur



vicus Scaporum CXCVI. Aliæ ſunt Aquæ Cælenæ in principio conuentus Bracharenſis in litore, Plinio: à Celenis dicuntur Aquæ calidæ Celenorum. I. Aquæ Celenæ quæ & Celerinæ, ſic fluuius Celanius dicitur Celerinus. in propinquioribus Aquis Bracharæ fertur Concilium quondam vocatum concilium Celenenſe, ſed falsò: nullibi enim exſtat tale concilium dictum Celenenſe.

*Concilium Celenenſe.*

*Exuperantius Epiſcopus Lucenſis interfuit funeri S. Paulini.*

393 Exuperantius Epiſcopus Lucenſis vir ſanctus traxit in Lucaniam, & factus eſt ibi Epiſcopus, habuit ſedem prope Nolam; interfuit funeri S. Paulini Nolani Pontificis anno CDXXXI. & confectus ſenio obiit anno Domini CDXXXII. die XXX. menſis Maii: vt ſanctus vir colitur. interfuit primo concilio Toletano vt legatus Epiſcoporum Galletiæ.

*Concilium nationale Toleti celebratur.*

*Sueui dominati ſunt Galletiæ.*

394 Præcepto S. Leonis Papæ congregantur Toleti ad concilium Nationale Tarraconenſes, Carthaginenſes, Bætici, Luſitani pontifices anno CDXLVI. non venerunt Galleci prohibentibus Sueuis, qui dominati erant Galletiæ per vim & tyrannidem, fecerunt regulam fidei & 20. canones quos miſerunt Legatis Concilii Maioriano & Epiſcopio Luſitaniæ N. ac ex his aliqui honorificè ab Alcono excepti ſunt.

*Beata Virgo concepta ſine peccato originali.*

395 Traditio fuit ab Apoſtolis in concilium congregatis B. Virginem Mariam Dei hominiſque veri matrem originali peccato

incontactam eſſe.

*S. Anaſtaſius Papa ſcripſit ad PP. Concilij Toletani.*

396 S. Anaſtaſius Papa ſcripſit Epiſtolam ad Patres concilii Toletani anno CCCXCVIII. menſe Majo, vt reciperent in communionem ſuam S. Pontificem Parruinum. I. Petrum Bracharenſem, qui interfuit ei concilio, & præfuit cum aliis XIIX. Epiſcopis, & ibi perſcriptum ...... damnata eſt hæreſis Priſcillianiſtarum. acceperunt & epiſtolam S. Simplicia- Med. Epiſcopi.

397 In Miſſâ S. Iacobi poſt Hilarium fit mentio Athanaſii Epiſcopi Cęſarauguſtani & Hilarii Gumarienſis & Martini Dumienſis.

*Petrus Bracharenſis Epiſcopus à S. Iacobo ad fidem conuerſus & baptizatus.*

398 Dum fui Bracharæ cum Domino meo Archiepiſcopo Bernardo, ex ſcripturis tabularum Eccleſiæ illius ciuitatis cognoui quod S. Petrus ciuis Bracharenſis fuit à S. Iacobo ad fidem conuerſus dum prædicaret Bracharæ, qui illum per Hiſpanias comitatus eſt baptizatus ab eodem S. Apoſtolo Iacobo filio Zebedæi, CRISTI Domini noſtri conſanguineo, & in memoriam S. Petri Principis Apoſtolorum vocatus etiam Petrus, quum vellet ex Hiſpaniâ abire factus eſt ibi Epiſcopus.

*Ouinius Gallicanus, Ioannes ac Paulus cognati eiuſdem Martyres.*

399 Eodem tempore cognoui Sanctos Ouinium Gallicanum martyrem virum conſularem & Ioannem ac Paulum cognatos eiuſdem natos Bragantii non procul admodum Bracharâ, Romam delatos martyres fuiſſe clariſſimos.

400 Quum



400 Quum nuper cum Domino meo Brachara regreſſo pergerem in quam cũ D. Bernardo Archiepiſcopo Toletano, Primate ac legato per Hiſpanias Apoſtolico, ad regnum Valentinum Epiſcopatũque Diamenſem, & Sætubitanum & Valentinũ, incidit mihi memoria loci Polybii Megalitani lib. 3. & T. Liuii lib. XXI. qui in quibuſdam codicibus corruptus eſt. Nam pro Tago Tadro legendum eſt, qui fluuius nũc Secura dicitur, Carpetani Carpeſiani, Vaccæi Carpeſii Althei. vide fines Olcadum vbi nunc oppidum, vulgo Oloçon, diſtans Sagunthо XXXII. M. p. Carteia eſt, Althea nunc nomen retinet, Arbacala eſt Villena vetus, Halmantica ciuitas in monte poſita dicta Mec, ex cuius ruinis oppidũ validum eſt Neohelmantica nunc Almanſa. Reuerti potuit & debuit Hannibal veniens è regno Valentino Tadrum vel Taderem oppido Orcola, olim ſede Epiſcopali dicta Illace. Appẽdices Olcadum & Helmanticæ profugi concitauerant Carpeſianos. pro Vaccæis lege Carpeſios niſi velis, vt aliqui putant, Vaccæos à Vaccarum multitudine dictos hic & alibi populos; hic in populis Conteſtanis propinquis populis Edetanis & hoſtio fluminis Sucronis celebratis.

*Tadrus flu. nunc Secura Olcades.*

*Villena Halmantica Almanſa.*

*Vaccæi.*

401 Nec ignoro ponere quoque Dextrum Olcades in Carpetanis, ſed hi nullo modo pertinent ad Olcades Polybii & T. Liuii.

*Olcades Dexter in Carpetanis ponit.*

402 Sunt qui putent etiam Arcabalam eſſe

M

vrbem Peram propinquam vrbi Elmanticæ de quâ ſupra.

403 Elboræ vel Aquis in Carpetanis fuit conſularis ex cod. Theodoſij.

*S. Secundus prædicauit in vtraque Abulã. de Dracontio nu. 495.*

404 S. Secundus prædicat in vtraque Abula prouin. Bateſtanorum, moritur in alterá.

405 Nomine Dracontii circumferuntur 2. libri ſunt vet. Eleg. Prudentii.

*Agathopœum Conuertit in Galletia S. Iacobus.*

406 S. Iacobus dum prædicat in Gallecia, conuertit virum principem illius prouinciæ Agathopœum.

*Auctor horum Aduerſariorum Vitam S. Iacobi è Latino ſermone Hiſpano reddidit Idiomati.*

407 Ego transtuli de lingua Latina vitam S. Iacobi maioris in Hiſpanam, qui multa fecit miracula, & Gadibus, vt à quodam auctore graui ſcribitur, euertit templum Herculis Gaditani, & alia templa Hiſpanorum, & reuerſus eſt Hieroſolymam poſt annum XLI.

*Maria Salome mater Iacobi & Ioannis Euangeliſtæ ſecuta eſt S. Iacobum ad Hiſpanias, &c.*

408 Ibi dicitur quod & Maria Salome mater Iacobi & Ioannis Euãgeliſtæ ſecuta dicitur S. Iacobum ad Hiſpanias, & inde reuerſa Hieroſolymam ſæpè B. Virginem comitata, filium Ioannem miſſum Romam videre voluiſſe, & dum eſſet Maria Salome Verulis, poſtremum diem clauſiſſe, multiſque ibi fulſiſſe miraculis.

*S. Iacobus decollatus adlatus eſt Ioppem. & inde monitu diuino in Hiſpaniam à Diſcipulis delatũ corpus.*

409 Ibi etiam dicitur quod S. Iacobus decollatus adlatus eſt Ioppem diſtantem Hieroſolymis XL. M. p. receptuſq; ab Apoſtolis, diſcipulis, & multis fratribus, & depoſitus in domo Thabitæ vel Dorcadis. Reuerſi ſunt Hieroſolymam diſcipuli, & multi ex diſcipulis. Dictum



vero eſt remanentibus voluntatem eſſe Dei, vt ſanctum corpus tenderet in Hiſpaniam, vt vbi Iacobus viuens prædicauerat, requieſceret moriens. Nocte vero intempeſta diſcipuli, quos tales fecerat in Hibernia. Sc. Torquatus, Cæcilius, & alii decem ingreſſi nauim Hiſpanam multis cereis incenſis & ſuffitibus corpus ibi ſacrum imponunt, & duce quodam Angelo (vt creditur) Hiſpaniæ Cuſtode per vaſtum mare nauigantes ad columnas Herculis appellunt, & inde per oceanum venientes ad Iriam Flauiam portum tenent, vbi illi relicti in Hiſpaniâ diſcipuli (iam tunc Epiſcopi) venientes ad locum; Baſilicam paruam conſecrant, Apoſtolique ſanctiſſimum templum in monumento ipſius tẽpli (quod domus regia fuit fæminæ Lupariæ prḙſtantiſſimæ) recondunt, quod ab eo tempore vſque nunc frequentiſſimá numeratiſſimaque multitudine peregrinorum ex variis linguis & nationibus confluente colitur.

*Luparia dedit palatiũ ſuum ad Baſilicam. D. Iacobo exædificandam.*

401 Dicitur etiam ibi quod Lupa fæmina primaria, quæ ſanctum Iacobum audierat viuentem, miſit diſcipulos S. Iacobi Torquatum, Cæcilium, Endeletium &c. ad L. Vennonium Ebutianum, qui tunc Tribunus erat cohortis Gallicæ, in Gallecia prouincia, quæ nunc Francos vocatur, confidentem in eodem oppido, quod nomen accepit à nomine dictæ cohortis hic erat princeps & poſt modò fuit Coloniæ Tarraconenſis patronus;

*Paulo inferius vocat Venantium.*

*L. Venonius Ebutianus cõprehendit diſcipulos S. Iacobi, qui ab Angelo è cuſtodiâ educti & liberati ſunt.*

habebat autem is prædia in agro Eborenſi hic comprehendit diſcipulos S. Iacobi ad ſe miſſos a principe feminâ Luparia. Hi autē ab Angelo de cuſtodiâ publicâ educti quum fugerent, & milites conſequentes eos poſt aliquot milliaria paſſuum veniunt ad pontem fluminis Tamaris dictum Sigerium prope Compoſtellam, vbi tranſito ponte erant in alterâ ripa ſerui Dei. At milites volentes eum perſequi conati ſunt tranſmiſſo ponte, & illo rupto ſubmerſi ſunt in Tamarim. hoc oppidum dederat Lupariæ in Galleciâ F. S. Lupa conuerſa in oppido Acci, vbi ſimile ferè miraculum acciderat dirupto ponte ſupra fluuium dictum Fardium. Hæc Lupa Lupariæ mater erat. Audito tam inſigni miraculo Tribunus & vxor eius Celerina crediderunt in Chriſtum Dominum. Celerina verò poſt mortem mariti ſui L. Venantij quieſcentis in pace, ipſa Celerina cæleſti quidem oraculo monita excepit prope portum Sinenſem in agro Eborenſi corpus Sancti Torpetis Martyris, & in littore maris illud ſepeliuit. Poſt Luparia viſis multis miraculis de tauris ferociſſimis mandato Sanctorum manſuefactis credidit etiam CHRISTO, & interfuit eius ſepulturæ cum Epiſcopis qui locum conſecrarunt, & dedit libenter ſuum quoddam palatiolum ad Eccleſiam. Quos ipſe S. Apoſtolus reliquerat, in Eccleſiâ Bracharenſi Petrum reliquit primum Epiſcopum, & venit

*S. Lupæ conuerſio.*

*Celerina vxor L. Vennonij. i. Venantij ad fidem conuerſa.*

*S. Torpes Martyr.*

*Lupariâ conuerſa ad fidē.*



Agathopœus Aug. libertus apprimè vir potens cum filiis paſſus eſt martyrium, qui ſimul conuerſi ſunt ad fidem, paſſi in diuerſis terrarum locis. Ille Antiochiæ, altera vero Argentorati, altera verò Anagniæ. Extat clegans inſcriptio de ijs, & de hac tranſlatione elegans Epiſtola S. Leonis III. Papæ ante annos trecentos ſcripta ad Elipandum Epiſcopum Toletanum, & cæteros Hiſpaniæ Præſules. hæc ſeruatur cum hac inſcriptione in tabulario Eccleſię S. Iuſtæ Toletanæ, hæc incipit: *Nouit Paternitas veſtra.* Data Romæ anno Pontificatus ſui octauo, & Domini CC∞ III. Hæc Epiſtola quidem ſcripta eſt ad petitionem Caroli Magni iam Imperatoris Romanorum acclamati Romæ iuſſu Leonis Papæ III. qui S. Imperator Carolus inuiſerat templum & corpus S. Apoſtoli.

*Agathopœus Aug. libertus vna cum filiis paſſus eſt martyrium.*

*Epiſtolam ſcripſit Leo III Papa ad Elipandum Epiſcopum Toletanum.*

411 A tempore S. Apoſtoli Iacobi maioris celebrari cœptum eſt in Hiſpaniâ XXV. die Iulij & cum ieiunio quidem peruigilij ac octaua, quum tamen ille paſſus ſit XXV. die Martij id eſt octauo Kal. Aprilis, ipſo planè die Incarnationis Dominicæ: Celebratur verò dies tranſlationis Hieroſolymis Iriam Flauiam trigeſimo die menſis Decembris. Alijs prima die Ianuarij ſine ieiunio celebratur ſub nomine fratris Domini, ſic enim & fratres Iacobus & Ioannes nominati ſunt, ſic duo feſta celebrantur in Hiſpania S. Iacobo Apoſtolo præ-

*Feſtum S. Iacobi maioris.*

*Duo feſta celebrātur S. Ia-*

*cobo in Hiſpania.*

dicatori ſuo & patrono (vt tradunt auctores) ab ipſis quidem Apoſtolicis temporibus.

*S. Stephanus vt Diaconus ſeruiuit S. Iacobi.*

412 S. Iacobo Maiori beatiſſimo Apoſtolo ſeruiuit vt Diaconus S. Stephanus (vt ait S. Ignatius Epiſcopus Antiochenus in Epiſtolâ ad Trallianos) vocantque eum Toletana concilia nominibus honorificis, ſcilicet, beatiſſimi Apoſtoli, & aliis eiuſcemodi tamquam ſuum etiam patrem, & patronum venerandum; vt pote qui illis prædicauit ſcilicet, de gentilibus profectis, & duodecim tribubus per totas Hiſpanias à captiuitate Hieruſalem longè lateque diſperſis, vt docent ſanctiſſimi viri Sophronius & Iſidorus Archiepiſcopus Hiſpalenſis, aliique ex antiquis Patribus. Audiuique a magiſtro meo & Domino, Domino Paſchali Toletano Archiepiſcopo, dixiſſe S. Leandrum Gregorio: Epiſtolam, quę ſub nomine S. Iacobi circũfertur, eſſe Iacobi maioris, & quum S. Gregorius Papa legiſſet neſcio quæ apud S. Hieronymum, quem meritò multum reueretur Eccleſia S. Romana (quæ legerat etiam S. Leander) ſed intelligebat S. Doctorem eius rei non plenam habuiſſe cognitionem, ſed ſecutus erat quę legerat apud Euſebium Cæſarienſem (cui ille nimis addictus fuit) S. Gregorium reliquiſſe fecit in medio, & nunquam illum vocat in Epiſtolæ citatione Iacobum fratrem Domini, aut minorem, nec maiorem, ſed ſæpius ſicut ſcriptum eſt dicit.

*Iuliani Magiſter fuit Paſchalis Archiepiſcopi Tolet. Epiſtolã, quæ ſub nomine Iacobi circũfertur eſſe Iacobi maioris, teſtantur.*

*D. Hieronymus Euſebio Cæſarienſi nimis fuit addictus.*



413 Dum hæc ſcriberem, vacabat ſedes Toletana per mortem Petri dicti S. Iuſtæ. Ego vero fungebar munere Vicarii generalis, habui ſynodum Toleti menſe Maio, in qua multa diſputata ſunt de rebus ad mores pertinentibus.

*Iulianus auctor eorum aduerſariorum functus eſt munere Vicarij Generalis Toleti.*

414 S. Salome à morte Virginis vſque ad ……………………

*S. Salome.*

415 Muzarabes vſi ſunt veſtibus quidem longis. Vt ſciat poſteritas quibus vtantur nunc Toletani veſtibus, incedunt nunc in longis & talaribus variorum colorum, & baltheos deſuper geſtant ab humeris vſque latus pendentes, & ex iis acinaca more militum Arabum dependent, collum nudum eſt, tegitur capillis à parte poſteriore, prolixam adferunt barbam, in capitibus pileolos ſericos & panneos, induuntur cothurnis variegatis, & calceis cuſpidis acutæ, caligas habent oblongas ſub ipſiſmet cothurnis.

*Veſtitus Toletanorum.*

*Hiſpani lo gis incedebant capillis. Mart. lib. 10. epig.* 65. Hiſpanis ego contumax capillis. *vide notata ad Chronicũ. n.*

416 Adferunt feminæ cyclades, & crepidas, mitreolas in capitibus, geſtant pallia diuerſis coloribus variegata, quæ habent ſuper mitreolis, pendent vſque ad talos, vtuntur ſericis thoracibus: capillos incriſpant more Gothico, & calamiſtrant.

*Veſtitus mulierum Toletanarum.*

417 Adferunt inaures aquilas, turtures, leones, gryphos imitantes & columbas aureas, torques aureos, dextrariola, annulos, & manicas coriacias vnguentis delibutas.

*Toletum vocatur ciuitas Imperatoria ab Imperatore Adephonſo. Caput Imperij. Vide Chronicam Regis Don. Petri.*

418 Ex quo Imperator Adephonſus cepit Toletanam ciuitatem, & Chriſtianis reſtituit, iuſſit vt vocaretur ciuitas Imperatoria, *caput Imperij* Toletani & Hiſpani, & Imperator, vt dictum eſt, auctoritate Papæ Anaſtaſij IV. coronatus eſt, & ideo Bernardus Claravallenſis vocat eum ſic. Hic S. Vir venit in Hiſpaniam cũ fratre Bernardo & inuiſit monaſteria Toleti S.Clemẽtis, & S.Dominici Exilienſis, & poſtea ad moniales S. Clementis ſcripſit. Fundauit in Hiſpaniâ monaſterium dictum de Spina.

*Spina monaſterium, hodie* Abreſo. *Religioſus ille qui Aluaro de Luna Comiti-Stabuli fuit à confeſſione, quando ſuplicium paſſus fuit, dicebatur Alfonſus, & vocatur paſſim Alfonſus Spina fortè à Monaſterio, quod dicebatur Spina. de quo vide notata ad Fortalit. Fides.*

*S. Aſturius.*

409 Corpus S. Aſturii cognomento Serrani cepit in magno pretio haberi apud Ouetenſes. adlatum eſt corpus huius ſancti ex *Compluto* id eſt Guadalara Toletum, & cum arca reliquiarum tranſlatum ſimul & corpus S. Iuliani Toletani Archiepiſcopi. Ambo viri fuerunt docti ſimul & ſancti.

*Complutum i. Guadalara.*

*S. Iulianus Toletanus Archiep.*

*Liber de Miraculis & vitâ ac morte S. Iacobi Iuliano auctori horum aduerſariorum à Calixto II. datus.*

410 Ego tum ſecundò Romam petiui, conueni D.Calixtum II. Sanctum virum qui mihi dedit librum de miraculis & vita ac morte S. Iacobi Apoſtoli cum litteris Leonis Papæ III. quas ego tuli Romá ad Hiſpanias, & ſunt in noſtra bibliothecâ.

*Officium S. Iacobi à diſcipulis eiuſdem compoſitum auctum poſt ab alijs.*

411 Inter officium Breuiarii Gotthici per & antiquiſſimũ eſt officium S.Iacobi Zebedæi filii, & ideo ponitur exemplo aliorum. Compoſitum eſt à diſcipulis eiuſdem Iacobi, auctum



diuerſis temporibus à Melantio Toletano poſt à D. Iſidoro.

412 Ego feci prologum in librum Soliloquiorum B. Ildephonſi Archiepiſcopi Toletani, quod incipit *Dominus meus.*

*Auctor Iulianus prologi ad lib. Soliloquiorũ B. Ildephonſi.*

413 S. Iſidorus recantauit palinodiam Scriptoris Epiſtolæ canonicæ S. Iacobi, nam poſt ſcriptus eſt liber de obitu & ortu .....

414 Dominus Bernardus Archiepiſcopus Toletanus illuſtrauit Epiſtolam S. Iacobi, quã probauit compoſitam eſſe à S.Iacobo Zebedæi filio, tranſmiſſam verò Iudæis cõuerſis ex duodecim tribubus diſperſis per Hiſpaniam, quos cum Nabucocerdan, id eſt Pyrrho, miſit poſt captiuitatem Hieroſolymitanam Nabucodonoſor in Hiſpaniam, quæ tunc ei parebat, prædicauit iſtis duodecim tribuum appendicibus & gentilibus etiam S.Iacobus quum fuit in Hiſpania.

*Epiſtolam S. Iacobi inluſtrauit Dominus Bernardus Archiepiſcopus Toletanus.*

*Hiſpaniæ dicitur dominatus eſſe Nabucodonoſor.*

415 Nonnulli poëtæ Gallici venientes cum Regina Conſtantia de Galliis venerunt Toletum, & ibi florebant.

*Poëtæ Gallici aliqui floruerunt Toleti.*

416 Aſtrologia apud Mauros Toletanos floret.

*Toletani Aſtrologi.*

417 Raſes medicus patriâ Cordubenſis curat Imperatorem.

*Raſis Medicus.*

418 Corpus Bernardi Toletani ſicut ipſe teſtamẽto cauerat ex Eccleſia Toletana maiori, vbi depoſitum fuerat ad monaſteriũ SS. Martyrum Facundi & Primitiui tranſlatum eſt.

*Bernardus Tolet. translatus ad monaſterium SS. Facundi & Primitui.*

*Corpus Imperatoris Adephonſi vi. vbi ſepelitur.*

419 Corpus Imperatoris Adephonſi Sexti, quod cum inſignibus Leonis & Caſtellorum erat ſepultum in monaſterio SS. Facundi & Primitiui opera Nepotis Imperatoris Adephonſi Raymundi filii ad honeſtiorem digniorenque locum tranſlatum eſt.

*Alcala. vide ſuprà n. 90. 93. & 95.*

420 Alcala S. Iuſti dictum oppidum incipit iterum populari.

*Epiſtolas tres Iudæorũ Hieroſolymitanorum ad Hebræos Toletanos tranſtulit in Hiſpanum ſermonem Iulianus auctor horum aduerſariorum.*

421 Tres Epiſtolæ repertæ ſunt mihi voluenti tabularium S. Iuſtæ, Arabico, Hebræo, Latino & Hiſpano ſermone, in quem eas tranſtuli de mandato Imperatoris, quarum altera erat Iudæorum Hieroſolymitanorum ad Hebræos Hiſpanos præcipuè Toletanos, vt ſuffragarentur in morte IESV CHRISTI Saluatoris, & Iudæi qui de Babylone venerant Toletum & duodecim tribubus collecti nolentes redire in Hieruſalem ædificauerant celebrem Toleti ſynagogam, quia ex libris ſacris collegerant ædificatum poſt reditum à Babylonia templũ, ob grande peccatum, ſcilicet mortem iniuſtam Domini, iterum euertendum, & ipſi noluerunt horum petitionibus conſilioque conſentire. Qua de re miſſæ ſunt litteræ cum reſponſis à Toletanis ad ſacerdotes Hieroſolymitanos. vnus iſtorũ dictus eſt Athanaſius. venit poſt mortem & reſurrectionem Domini cum B. Iacobo ad Hiſpanias, & baptizatus factus eſt primus Epiſcopus Cæſarauguſtanus. Tertia Epiſtola eſt reſponſiua, quæ ſolum eſt in Hebræo, quâ pe-



tebant Hieroſolymitani Annas, & Caïphas, & Ioſeph & alii ne ſi venirẽt diſcipuli CHRISTI (nam audiebant propediem huc venturos eſſe) & in primis S. Iacobum Zebedæi filium nullo modo eos admitterent. Qui Iudæi miſerunt Eſiam & Indelitium rogãtes Apoſtolos & inprimis Petrũ, Apoſtolici collegii caput & apicem, quamprimum veniret ad Hiſpanias vnus illorum ad effundendam perlatiſſimas Hiſpaniæ regiones Lucem veritatis Euangelicæ. præcipuè Iacobum, quem eis CHRISTVS viuens deſignarat. Has ego, Epiſtolas de Latino feci vernaculas.

422 Ego tranſtuli de Arabico in Latinum Hiſtorias Hiſpaniæ Patris Mauri Arabici, & aliqua Auerrois Medici Cordubenſis, & compoſui hiſtoriam Adephonſi vi. Imperatoris.

*Raſis Hiſtoria. Auerroes Medicus Cordubenſis.*

423 Ego trãſtuli de Græco in Hiſpanũ hiſtorias Eutropii hiſtorici Chriſtiani, in quâ multa de ſanctis Apoſtolis Dei tractat, videlicet vt Paulus cognitus fuit Libiſſoſæ, Laminii præcipuè à Xantippe vxore Probi Prouinciæ Arenatum Gubernatoris, qui conuerſi ſunt.

*Eutropius de Græco ſermone in Hiſpanum ab autore horum aduerſariorum tranſlatus. S. Paulus conuertit Xantippen vxorem Probi Laminij.*

424 Et in eodem archiuo erat alia Epiſtola, quam ſcripſerunt Iudæi Toletani, qui erãt Hieroſolymis de reſurrectione CHRITI, & aduentu ſuper diſcipulos ſpiritus Diuini, & quod Apoſtoli loquerẽtur variis linguis, & de miraculis Petri, quam ego tranſtuli: ſicut & tranſtuli Epiſtolam, quam Rabbi Calelutenſis miſit ad

*Epiſtola Iudæorum Toletanorum qui erant Hieroſolymis.*

Moyſen Hiſpanum Rabbinũ maximũ, conſiſtentem in Hieruſalem, qui & venit cum litteris de non recipiendis à Iudæorum Hiſpanorum ſynagogâ diſcipulis CHRISTI.

*Rex. I. Imperator Adephonſus dedit domum ſuam monialibus Benedictinis Aduocationis S. Clementis. ſub quo hic Auctor vixit.*

425 Rex Dominus meus & Imperator inuictus magnificuſque triũphator Adephonſus dedit Toleti domum ſuam monialibus Benedictinis Aduocationis S. Clementis. Quod monaſterium in vico regio à multis temporibus ſteterat, vbi erat & Archiuum Toleti tempore Maurorum, cuius & ego curam ſuſcepi, habetque multas ſcripturas Latinas, alias Hiſpanas, ferè mille Arabicas, nonnullas harum ego de lingua Arabicá Hiſpanas feci.

*Epiſtola S. Pauli ad Hebræos ex Latino Hiſpanè reddita.*

*Zamora Numantina ab aliquibus ſuprà n. 225.*

426 Etiam de Latino verti in Hiſpanum Epiſtolam quam S. Paulus ſcripſit ad Hebræos Hiſpanorum, præcipuè Iudæos qui venerant ex 40. quos tranſtulit Nabuchocerdam Hieros....... & ad *Zamorenſes* qui dicuntur nonnullis vocati *Numantini*, & hanc apud ſe dicuntur Autographam conſeruare.

*Hiſpani multi qui venerãt Hieroſolymam adlocuti ſunt Dominum Ieſum poſcentes vt mitteret diſcipulos ſuos ad prædicandum Euangelium in Hiſpania.*

427 Etiam reperi in eodem tabulario quod multi ex gentilibus qui venerant Hieroſolymam ab Hiſpanijs adorare ad S. Templum, erant Hiſpani natione, qui voluerant videre & alloqui Dominum Ieſum cupientes & poſcentes vt ad prædicandum gentibus ſuis venirent CHRISTI diſcipuli ad Hiſpanias, & quod illis præſentibus dixit Dominus Petro, quod Iacobus Zebedęi filius veniret huc poſt duos annos à reſurrectione ſuá, quod & ipſe fecit, &



iniunxit B. Iacobo, & ipſe ſtatim venit.

*Iulianus de Latino in Hiſpanum ſermonum tranſtulit hiſtoriam.*

428 Tranſtuli de Latino in Hiſpanum quandam hiſtoriam, quæ ſcripta priùs Arabicè, mox facta fuerat Latina, quæ erat in tabulario S. Mariæ Cæſarauguſtanæ de Pilari, quod poſt reditum ab Hiſpania, vbi prædicauit vbique Domino cooperãte & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis, venit Epheſum B. Iacobus quum Beatam Virginem Hieroſolymis eſt comitatus, cum fratre Ioannę & alijs. Soluens autem Ioppe anno XXXVI. à CHRISTO nato venit rectá nauigijs in Hiſpaniam miſſus à S. Petro cum benedictione S. Virginis creditur ſoluiſſe in portu Tarraconenſi: alij dicunt alibi, nihil refert. Venit more Apoſtolico cum multis diſcipulis, quorum duodecim erant ſemper præcipui, alij comites: inde venit Cæſarauguſtam, vbi volente & iubente B. Virgine quæ ſe videndam obtulit ſuper columna recta magno Spirituum cæleſtium contubernio apparuit D. Iacobo ad ripam fluminis Orbæ pręces fundenti, iuſſitque illic templum ædificare, & in illo ſacram columnam collocare. Hoc templum primum erectum eſt B. Virgini in toto terrarum orbe, poſt reuerſionem ab Hiſpania celebratum eſt & dicatum ab Apoſtolis Nazarenum, vbi fecit ſacrum Iacobus frater Domini. Et reuerſus prædicauit in Anglia, & ſeptem illos Torquatum, Cæcilium qui dum prædicat in Hiſpania, & erant ſolum comites cum aliis quinque facti ſunt in Hibernia, vbi

*B. Iacobus venit Epheſum in comitatu B. Virginis cum fratre Ioanne & alijs.*

*Templum Cæſarauguſtanum primũ eſt in toto terrarum orbe quod erectum, & conſecratum D. Virgini fuit.*

*S. Iacobus prædicauit in Angliâ.*

CRISTVM prædicauit 12. diſcipuli. S. Iacobi, inde venit Venetias. i. potius Rauennam ibi manet, & Venetiis templum B. Iacobo dicatum. Obiit anno 43. aliis 44. 8. Kal. Aprilis ipſo Venere ſancto.

*Venetijs templum D. Iacobo dicatum.*

429 Norba Colonia in Luſitaniâ ædificata a Norbæ ciuibus in Italia, ex lapidibus erutis in oppido Brocas, nunc Brocas eſt Norba.

*Norba Luſitaniæ oppidum Brocas.*

430 S. Iuſtus Epiſcopus Egarenſis & litteris & ſanctitate clarus ſub Siſeberto Rege.

*S. Iuſtus.*

431 Tranſtuli de Latino in Hiſpanum hiſtoriam S. Memnii, Mantii, primò Catalaunienſis, mox Eborenſis Epiſcopi, corpus ſepultum eſt in Hiſpania, pars reliquiarum Catalauniam tranſlata eſt in ingreſſu Gotthorum ad Hiſpaniam, & inde tranſlatum eſt, & ibi ſanctæ reliquiæ meruerũt grãdẽ benedictionẽ.

*Hiſtoria S. Memnij Mantij Epiſcopi Eborenſis.*

432 Tranſcripſi concilia Toletana, & nouum teſtamentum eleganti charactere, & alia eiuſmodi volumina.

433 Tranſtuli poëmata Orontii, patria Tarraconenſis S. Epiſcopi Illiberitanæ Eccleſię ad quem Sidonius Apollinaris ſcribit, eũque profusè laudat. fuit homo ſanctus & maior ſexagenario, interfuit concilio Tarraconenſi poſt conſulatum Petri, & concilio ſuſcripſit.

*S. Orontij Epiſcopi Illiberitani poëmata ab auctore horũ aduerſariorum tranſlata.*

434 Ego vt pore Archidiaconus prius nunc Archipreſbyter S. Iuſtæ defendi libris editis officium Muzarabum, vel S. Iſidori Miſſale, Breuiarium, Manuale & Antiphonariũ, quod primus reformauit S. Melantinus Epiſcopus

*Vide meas notas ad Orõtiũ & Epiſtolã.*

*Iulianus officium Muzarabum*



Toletanus, vir ſanctus. perfecerunt illud Olympius, Gregorius, Aſturius, Audentius & alter Olympius, Montanus, Leander, Iſidorus, Ildefonſus, Iulianus Toletani Archiepiſcopi, & multas miſſas compoſuerunt, ſed S. Iacobi maioris ab diſcipulis S. Iacobi inceptam, ferè perfecit, vt modò eſt, S. Melantius confeſſor Archiepiſcopus Toletanus. hic idem S. Apoſtolus, ſic dicitur Hiſpanè antonomaſticè, ſcripſit primam epiſtolam & ſcripturam Noui teſtamenti Hiſpanis, ex itinere quum rediit in Hieroſolymam, miſitque ex Hiberniæ portu Dulmienſi vbi rediens ex Hiſpaniâ pręedicauit, & Hiſpani melius hoc ſcire potuerunt quàm Euſebius Cæſariẽſis diſſitus ab Hiſpanis rerris.

*defendit ſcriptis editis.*

*Miſſas S. Iacobi maioris ab Apoſtolis incepta, perfecta à S. Melantio Archiepiſcopo Toletano.*

433 S. Abbailardus cognomine Geneſius interfuit concilio Francofordienſi, qui nullo modo conſenſit opinioni cæterorum patrum circa cultum imaginum colendarum.

*S. Geneſius interfuit concilio Francofordienſi.*

436 Hic idem Abbas inuiſit corpus S. Iacobi in Hiſpaniâ non multo priùs repertum, & quandam in mari paſſus eſt tempeſtatem, à qua viri nauiſque liberata eſt precibus Sanctiſſimi viri Epiſcopi & Abbatis Geneſij.

*Geneſii miraculum.*

437 Vero-ſimile eſt S. Virum Geneſium Abbatem Corberẽſem & Epiſcopum miſſum in exilium propterea quod inceſtas nuptias Ludouici Imperatoris cum ........ reprehendebat, qui quum conſanguinei eſſent, ſine diſpenſatione ſummi Pontificis Romani vitam ducebant coniugalẽ, & impoſitũ eſt illi quod cona-

*S. Geneſius miſſus in exilium ab Imperatore Ludouico.*

retur contra Ludouicũ Imperatorẽ coniurare.

438 Exulauit verò vir ſanctus ad inſulam Erom prope Carthaginem Spartariam cum aliis monachis.

*S. Geneſius miſſus Legatus à Carolo Magno Romano & Toletum.*

439 Imperator Karolus Magnus miſit Abelardum cognomento Geneſiũ Abbatem Corberenſem, & Epiſcopum, Legatũ ad Helipandum Toletanum pontificẽ, quem alias propter ſanctos mores licet iuuenem Romã miſerat ad S. Pontificem Hadrianum de rebus magnis.

*S. Geneſius filius Bernardi Comitis aliâs Milonis de Angieres.*

450 Comes Bernardus aliàs Milo de Angleres venit in Hiſpaniã cum filio Abdelardo cognomento Geneſio Abbate Corberenſi & Epiſcopo quondam Lugdunenſi recteque Regem Adephõſum, dictũ caſtum, adiuuit, abeoque Comes Andegauenſis N. Comite Geneſio corpus S. Leocadiæ ſuſcepit, quod tunc erat Ouetæ. hæc virgo & martyr ſub Daciano præſide Hiſpaniarum Toletana ciuis fuit, & in Galliam illud detulit ad Sueſſiones, & rogatu monachorum Benedictinorũ S. Medardi in eorũ cœnobio reliquit. Conſtat hoc ex hiſtoria Nicardi Hiſtorici Caroli Magni Nepotis viri doctiſſimi. inde anno MII. Comite Flandriæ procurante tranſlatum eſt ad monaſterium S. Gisleni in cella Hannoniæ, vbi magno cultu honoratur & frequentiâ populorum.

*Corpus S. Leocadiæ delatum ad Sueſſiones in Galliam, inde ad monaſterium S. Giſleni in cellâ Hanoniæ.*

*S. Adelphus Archiepiſcopus Toletanus.*

451 Metis florebat S. Adelphus qui fuit Toletanus Archiepiſcopus à S. Rege Catholico Viſogothorũ Ricaredo poſitus, qui veniens

Toletum



Toletum ad Regem Leouigildum à Regibus Gallorum, legatione obitá ingreſſus eſt monaſterium Agabienſe, inde effectus Archiepiſcopus Toletanus poſt Euphemiũ vel Euphemianum Archiepiſcopum Toletanum, quumque nonnullos annos ſanctiſſimè Pontificatum adminiſtraret, rediit in patriam, & S. Rufo Metẽſium Epiſcopo facto ex Vaſenſi ſuffectus nonnullos annos hoc munere functus eſt. miraculis clarus obiit anno DCXIIX. die XXIX. Auguſti, quum eſſet Abbas Agabienſis nonnulla ſcripſit, quædam verò quum eſſet Metis contra Sarracenos in Africâ inſultantes, & venenum ſuum contra Chriſtianos euomentes.

452 Venantius Abbas Agabienſis, qui ſucceſſit Adelpho Toletano Epiſcopo, poſt Metẽſi, filio Felicis ex ſemine Regio, ſcripſit in die conſecrationis huius Adelphi concionem, quæ incipit *Antiſtitis Adelphi ſanctus animus.* Hæc homilia falsò tribuitur Petro Chryſologo Archiepiſcopo Rauennati.

*Venantius Abbas Agabienſis ſcripſit ſermonem in die conſecrationis S. Adelphi.*

453 .... Cæſar reſtituit viam Gadibus Bætin, quæ nunc vbura 64. M.......

454 Nomine *Munæ* creditur Martialis debacchatus in S. Marcum Romanum.

*Martialis lib. 10. Epig. 36. Munnæ Lege.*

455 Felix ex ſemine regio habuit præter Adelphium alium filium nomine Brendinum, qui fuit Rex Scotiæ. Adelphius vero priuſquam ingrederetur Agabienſe monaſterium, ex legitimo matrimonio habuit filiam nomine Gelge-

*S. Adelphius è ſtirpe regiâ natus.*

O

ſem quam duxit Philtanus Rex Hiberniæ, ex hoc connubio nati ſunt S. Adelphio avo nepotes S. Furuſcus pater monaſterii Peronæ ordinis S. Benedicti, & fratres eius monachi ſanctiſſimi Frillanus & Vltanus.

456 Nonnulla quæ poſteà accuratius comperi chronico meo ſuperaddẽda duxi, vt quod anno CCCXVI. D. Imperator *Conſtantinus fuit* Theſſalonicæ Hiſpaniæ, quæ nunc Aſcalona, vel Aſcalonilla dicitur in Carpetanis, Caſtulone in principio Bæticæ, & Viminatii in populis, Vacceis conſtat hoc ex codice Theodoſiano.

*Theſolonica Aſcalona, hodie Eſcalona.*

457 Anno Domini CCCXXXV. pridie Kal. Decembris Cõſtantinus Magnus venit in Hiſpaniam. & ex facultate Sylueſtri Viminatii conſtituit ſedem Epiſcopalem, & diſtinxit terminos confuſos ſedium prouinciæ Narbonenſis & Hiſpaniarum, quæ cauſá perſecutionum fuerant confuſæ.

*Conſtantinus Magnus venit in Hiſpaniam.*

458 Anno CCCLXIV. Gregorius Archiepiſcopus Toletanus, Himerius Tarraconenſis, Idatius Bracharenſis venientes Romam confirmant ſuis ſyngraphis fidem concilii Niceni, eandemque formam adferunt ad concilium Thyanenſe, ibiq; honorificè recipiũtur, & præſunt vt legati Apoſtolici concilio orientalium vt ex B. Baſilio Cæſarienſi Epiſcopo conſtat.

*Concilij Niceni Fides confirmatur.*

459 Anno CCCLXXIV. S. Baſilius ſcribit ad Epiſcopos Occidentales ad Damaſum Papam Romanum, Audentium Toletanum & alios.

*S. Baſilius ſcribit ad Epiſco. Occidentales.*



460 Idem S. Doctor ſcribit Firmino ciui Pampilonenſi, qui quum ad ſtudia clericatus vel monachatus animum adpuliſſet, repẽte cæpit militari ſe tradere velitationi, qui fuerat chariſſimus ipſi Baſilio, vt pote educatus cum S. Gregorio Nyſſeno.

*Firminus ciuis Pampilonenſis cui ſcripſit D. Baſilius quoque.*

461 Baſilius ſcribit Epiſcopis Hiſpanis, præcipue Audentio Toletano & Idatio Bracharenſi, eorum laudat fidem & ſanctimoniã Epiſtola miſſa, quæ ſic incipit: *Quoniam niſi ſperantibus.*

*Idem ſcripſit Epiſcopis Hiſpanis.*

462 Anno CCCLXXV. Arantheus Græcus genere, leuir Audentii Toletani Archiepiſcopi, maritus Leocadiæ feminæ ſanctiſſimæ, vir conſularis, tingitur in fine vitæ, priuſquam ex morbo moreretur.

*Arantheus Maritus S. Leocadiæ baptizatur in fine vitæ.*

463 Audentius Toletanus Epiſcopus frequentes mittit litteras ad Baſilium, Gregorium Nyſſenum, & Nazianzenũ, & ab ijſdem etiam accipit, quoniam connexi fuerant eodem vinculo charitatis Chriſtianæ & ſenſu fidei Nicenæ.

*Audentius Toletanus Epiſcopus miſit litteras ad Baſilium. &c.*

464 CCCLXXVI. cogitur concilium Toleti multorum Epiſcoporum, vbi ſerio tractatur & decernitur de recipiendo in communione Baſilio pontifice Cæſareæ Cappadocum, quem nonnulli Græcorum Epiſcopi à ſuâ communione expulerant.

*Concilium Toletanum anno 379.*

465 Anno CCCLXXXIIX. nonnulli Epiſcopi Schiſmatici partium Priſcillianiſtarum

*Epiſcopi Schiſmatici Au-*

*dentio Toletano puniendi traditi.*

exules à ſedibus ſuis auctoritate concilii traduntur puniendi regendique Audentio Toletano.

*Miraculum cæleſtis Cappæ qua S. Ildephonſus donatus eſt cælitus.*

466 Forma miraculi de cæleſti cappa, quâ Sanctus Ildefonſus Toletanus Pontifex à B. Virgine cælitus de cappa in S. E. T. (quæ nunc eadem cum illa eſt) ornatus eſt, peruenit ad aures Viſalliani Romenſis Papæ, quæ fama quoque per omnes circiter orbis partes diuagata fuerat, qui vt fertur miſit Toletum Deodatum, & Domnionem Cardinales, qui re tantâ per illos diligenter comperta, veſtem venerarentur, & ſe ſacroſque Pontifices Romanos & Imperatores volente quoque & precante eodem facerent Canonicos & fratres tam tremendæ quidem Eccleſiæ. Inde venit vetuſtiſſima conſuetudo, quæ ex eodem tempore in hoc conſeruata eſt, quam obſeruari fecit Receſvvinthus, qui ſecutus Papam & Cæſarem voluit etiam eſſe Canonicus, & vt cæteri Reges Hiſpani ſimul eſſent. Conſuetudo verò illa inuiolabiliter ſeruatur, vt teneantur iſti in peruigilio Natiuitatis & feſti SS. Stephani & Ioannis adeſſe in templo maiori, quod ſi abſint, vt ferè ſemper abeſſe ſolent, mulctentur vt Canonici abſentes, & eunt aliqui Canonici luſtratum illos per Eccleſiam, Pœna verò ſoluitur ex menſâ capitulari & inter præſentes diſpergitur.

*Pontifices & Imperatores Romani ſicut & Reges Hiſpani voluerunt eſſe & fuerunt Canonici Eccleſiæ Toletanæ.*



467 Anno CCCIII.XVI. Aprilis Impp. Diocletiano & Maximiano, iuſſu P. Daciani Præſidis totius Hiſpaniæ deſtructum eſt templum S. Mariæ, à S. Elpidio Toletano Pontifice & martyre conſtructum & ab M. Marcello Eugenio reparatum fuerat. Quod & factũ eſt in aliis terrarum Eccleſijs, eodem anno vt colligitur ex teſtimonio Theodoriti libro decimo Tripartitæ cap. XXXIII.

*Eccleſia Toletana S. Mariæ reparata à S. M. Marcello Eugenio.*

468 Leonas ex Comite Africæ factus eſt Epiſcopus Carthaginis Spartariæ natione Hiſpanus, interfuit primo concilio Toletano, ibi erat Aſturius cum cruce patriarchali in eodem Toletano, vir fuit genere, litteris & religione præclarus.

*Leonas Epiſcopus Carthaginis Spartariæ.*

469 Huius Pontificis meminit auctor Tripartitæ lib. 5. cap. XXX.

470 Anno CCXCIIX. quinto die menſis Aprilis agitur dies feſtus S. Felicis martyris Epiſcopi Carthaginis Spartariæ, qui paſſus eſt martyrium ſub Daciono.

*S. Felix Martyr Epiſcopus Carthaginis Spartariæ.*

471 Apud aquas Celenas oppidum diſtans Bracharâ Auguſtâ XX. M. paſſ. in loco maritimo dicto Fanum, fuit Proconſul Prouinciæ Galletiæ. Sic in Codice Theodoſiano lib. 8. Tit. 7. De diuerſis officijs Apparitorum & probatoriis eorum. lege 1. Sic Conſtantinus Auguſtus ad Verſenium Fortunatum Proconſulem Aquarum Cel. promotionis ordo ſeruandus eſt, vt priùs in officio ſit, qui prior fue-

*Fanum oppidum.*

*Verſenius Fortunatus Proconſul Aquarum Celenarum.*

rit in beneficio conſequendo prouinciali. Datum octauo idus Maias Theſſalonicæ Conſtātino Auguſto quartum, & Licinio quintum coſſ.

*SS. Martyres. Domnus, Theotimus Philologus Syluanus & horum ſorores.*

472 Nonis Nouembris ad flumen Sabalonem prope Oretum ............ in æde quam Ethnici vocabant Diuinæ Dianæ ſacram, Sanctorum martyrum ſub Diocletiano paſſorum Domni Theotimi, Philologi, & Syluani, & horum ſororum, qui conſtanter mortem pertulerūt pro Chriſti fide, & mortui glorioſam palmam conſecuti ſunt.

*Concilium Cæſarauguſtanum celeberrinum.*

473 Celebre fuit concilium Cæſarauguſtanum primum, & pluſquam nationale, quia conuenerunt Epiſcopi Galli & Hiſpani, qui magnam ſemper cum illis neceſſitudinem habuerunt. collectum eſt ibi præcipuè propter honorem Virginis, & templum quod primū orbis fuit S. Mariæ per Iacobum dedicatum. Conuenerunt autem Phitadius Epiſcopus Narbonēſis, Dephinus Burdigalenſis Epiſcopus, Eutychianus Baſtitanus, Ampelius Complutenſis, S. Martinus Turonenſis, Lucius Acertanus, Italius Oſſonobenſis, Tenantius Aſſotanenſis, L. Valerius Valerianus Cæſarauguſtanus, Symphotius Scarienſis, Carterius Tudenſis, Idatius Emeritenſis, Iſmarius Tarraconenſis, Lampadius Bracharenſis, Lampadius Laminitanus, Leonas Carthaginis Spartariæ, N. Epiſcopus Cordubenſis, & alii Pontifi-



ces multi ſimul Abbates & Archidiaconi.

474 Hæc eſt Epiſtola quam ego tranſtuli de Hebræo in Latinum, Arabicum, & in Linguam Hiſpanam.

475 Hic erat de gente quam ex Iudæa tranſtulit Nabucordon ....... 52.

*Epiſtola Eleazari Archiſynagogi gentis Hiſpanæ in Hieruſalem ad Leui Archiſynagogum Toletanū quam de Hebræo in Latinum, Arabicum, & Hiſpanum ſermonem tranſtulit auctor horum aduerſariorum.*

476 Eleazar Archiſynagogus gentis Hiſpanæ in Hieruſalem & Seniores eius Leui Archiſynagogo Toletano, Samueli & Ioſepho Senioribus ſalutem in Domino Deo Iſraël. Fratres ſcitote hic prædicare virum bonum nomine IESVM CHRISTVM Nazarenum, qui facit multa miracula, ſuſcitat mortuos, ſanat leproſos, cæcis viſum, claudis greſſum, paralyticis membrorum vſum præſtat, eſt homo benefaciens, humilis, benignus, miſericors, & grauis, formoſus, præ filijs hominum, & gratioſus in ſermone, potens in opere, in omnibus ſupra reliquos homines apud multos habetur vt Meſſias, Ioannes Zachariæ filius, vir Sanctus illum monſtrauit digito dicens, Ecce Agnus Dei. Nos in mortem eius quam illi Annas & Caïphas & Principes Sacerdotum machinauerūt conſentire noluimus, & admonemus ne vos, aut alii conſentiant ex Hiſpanis duodecim tribuum, quę ibi quidem ſolùm ſunt. Memores cum Amam maiores noſtros iam in Hiſpaniam delatos, & alios aliarum prouinciarum Iudæos iuſſit ſuſpendi, Deo ſic ordinante, ex furcâ quam præparârat Patri noſtro Mardor-

hæo, illum ſuſpenſum fuiſſe. Litteras Artaxerxis & Eſter receperunt patres noſtri qui penes nos erant.

477 Et nunc intellexerunt hebdomades Danielis breui complendas, quod iuſtus vel occiſus eſt vel breui occidendus. Et quod Septuaginta duo interpretes (de piorum numero ex Hiſpanis tribubus ab Eleazaro ſummo Sacerdote quinquaginta quatuor vocati quum eſſent) vt cum aliis tribus tribubus exiſtentibus in Hieruſalem irent in Ægyptum ad Regem Ægypti Ptolomæum Philadelphum, de hoc expreſſe Moyſes locutus eſt. Mementote etiam quod Patres noſtri admoniti ſunt à Daniele, quum fuit in Babylone, vnde eius placito venerunt in Hiſpaniam, quod prophetauit ille de morte iuſti, cuius cauſá deſolandum eſſet templum Hieroſolymitanum: & quod de Iudæis remanentibus in Hieruſalem nolentibus decedere in Ægyptum cum Hieremiâ, malè loquitur ipſe, & alii Prophetæ nihil malè de Iudæis Hiſpanis bonis & à Deo huc miſſis. Poſtremo rogo vos ſi venerint litteræ Iudæorum Hieroſolymitanorum (venient breui) vt ſi CHRISTI Crucifixi, & vt dicunt iam vivi, diſcipuli ne recipiatis eos, Recipite præſertim Iacobum filium Zebedęi virum bonum & diſcipulum gratanter recipite, & alios diſcipulos Apoſtolorum, Benè valetè Hieroſolymis quinto die menſis Neſſan.





478 Lupus Architectus turris Auguſti, frater fuit Lupæ, quæ diſcipulos S. Iacobi primò doloſè fallens, tandem excepit, deditque domum illis.

*Lupus Architectus turris Auguſti.*

479 Ex aliâ Epiſtolâ ego Iulianus collegi, quod quum duodecim tribuum ſelecti viri & feminæ nollent remanere in Babylone cum Rege Ioachim & Regina vxore eius Suſannâ, quam liberauit Daniel duodecim annorum, cuius corpus à Carolo Magno delatum de Babylone, nunc in Gallia eſt, venerunt ad Hiſpanias, & veniente poſt Iacobo, legi in hiſtoriis, multi horum conuerſi ſunt.

*Suſannæ vxoris Regis Ioachim corpus à Carolo Magno delatum in Galliam.*

480 Petrus cognomento Benignus vt creditur Epiſcopus Bracharenſis dum anno 558. viſitat Turone ſepulchrum S. Martini Pontificis Turonenſis, moritur & ibidem ſepelitur, vt conſtat ex Gregorio Turonenſi, libro inquam de miraculis Confeſſorum cap. xv.

*Petrus Benignus Epiſcopus Bracharenſis*
*S. Martinus Epiſcopus Turonenſis.*

481 Baſilica & monaſterium in oppido ...... Cordubæ ſacra ſunt B. Geneſio ibidem paſſo, cuius corpus anno 900. delatum eſt ad ſpeluncam Abercurris in Oretanis, à Chriſtianis illius terræ cum aliis corporibus & poſt fere 200. annos reuelata Adefonſo ſexto Toletum relata, corpus Geneſii ab Rege Adefonſo ibi ſolenniter colitur, in Baſilica huius Geneſii Toleti memoria.

*S. Geneſii corpus à Rege Adefonſo ſexto Toletum delatum eſt.*

482 Prædicauit S. Indeletius diſcipulus S. Iacobi in Hiſpania ab eodem conuerſus ele-

*S. Indeletius Diſcipulus S. Iacobi Epiſco-*

*pus fuit Vrcitanus.*

ctus in numerum duodecim diſcipulorum in Hibernia conſecratus & miſſus à B. Petro cum aliis ad Hiſpaniam, tenet ſedem Epiſcopalem Vrci, quæ in mari Iberico vel in ſinu Vrcitano eſt, vbi nunc ingentes ruinæ & Eccleſia dicta prope litus inter Barcen & Carthaginem, hic deſtructa vrbe Chriſtiani ſedem mutarunt, & tulerunt ſecum ad Almeriam corpus S. Pontificis & martyris in Vrcitanâ vrbe paſſi anno tertio Neronis, colitur xv. die Maij.

*S. Iacobus prædicauit in Hibernia.*

483 Septem Sancti Pontifices diſcipuli S. Iacobi reuerſi Roma ad Gallias appulerunt, inde venientes ad inſulam Hiberniam, vbi prædicauerat S. Iacobus Zebedæi filius, & ipſi prædicauerunt, & in aliquibus vrbibus Epiſcopos poſuerunt, inde nauigantes ad Flauiam Iriamque appellentes, viſitatoque magiſtri corpore venerunt ad fretum, & ſoluentes prope Malacam ad Accam ciuitatem Bæticæ primam peruenerunt, & ibi prædicarunt.

*Montania ningida. Egeſta Cuevas.*

484 In diuiſione Epiſcopatuum Vbambæ regis in Epiſcopatibus Accitano, Secura, nomen habet. montania eſt montania ningida, & Egeſta, oppidulum Cuevas prope Portillam, ex ruinis Egeſtæ factum.

*Multa ex actis Apoſtolorũ intelligenda per anticipationem*

485 Multa ponit S. Lucas in actibus Apoſtolorum, quæ per anticipationem intelligi debent, vt cap. 9. multa de Paulo quæ conti-



*Cornelius Centurio conuerſus paulo ante Paulum.*

gerunt poſt conuerſionem Cornelii Centurionis, vt quod admiſſus eſt ab Apoſtolis, Cornelius conuerſus anno 35. velvt aliis placet anno Domini 36. tunc Paulus conuerſus.

*Paulus conuerſus anno Domini 36.*

486 Paulus verò conuerſus eſt vel in eodem tempore, vel paulo poſt conuerſionem Cornelii, vt ex Hiſtoriis conſtare poteſt.

*S. Iacobi Epiſtola eſt Canonica.*

487 Miſſa Muzarabum S. Iacobi loquitur de Iacobo Zebedæi, & eius dicit eſſe Epiſtolam Canonicam; prædicauit Iudæis & Gentilibus.

*Epiſtola S. Braulionis Epiſcopi Cæſarauguſtani ad Fructoſum Bracharenſem.*

488 In Archiuo S. Iuſtæ reperi Epiſtolam S. Braulionis Epiſcopi Cæſarauguſtani ad Fructoſum Bracharenſem preſbyterum, quæ incipit ſic: Domino meo Sancto viro verè venerando Fructoſo preſbytero ſeruo Dei S. E. Bracharenſis Archipreſbytero ſalutem in Domino IESV.

*Heronius Hermenegildus Iacobus.*

489 Heronius, 940. Hermenegildus, Iacobus ex Cæſarauguſtanis Pontificibus tranſlati ſunt ad ſanctam ſedem Bracharenſem.

*Epiſtola S. Iacobi multis commentarijs inluſtrata à varijs.*

490 Miſſam S. Iacobi acceptam ab eius diſcipulis auxit Eugenius Euangelio Epiſtolaque, poſt D. Iſidorus & alij, vbi ponuntur nonnulla Epiſtolæ, quæ maioris eſt Iacobi, vt ſemper in Hiſpania traditione ſcitum eſt. Illam incipit perficere S. Melantius Toletanus Archiepiſcopus. Epiſtolam Honoratus, Pelagius, Audentius, Olympus, & Gregorius

Toletani pontifices tanquam maioris Iacobi cenſuerunt habendam, & multis commentariis inſigniter inluſtrarunt.

*Anatorgis ciuitas.*

491 Anatorgis ciuitas eſt in Celtiberia, Sucroni fluuio impendens, vel interamnis: nam Anatorgis Græco & antiquo vocabulo ſignificat interamnem, hinc Sucrone illinc .......... ſepta à Carthaginenſibus diruta olim Conchacia vt quibuſdam placet, verius dicitur Alcaracia ciuitas, nunc verò dicitur Concha.

*Concha.*

*Vaticinium Diſcipulorum S. Iacobi de amittẽda Hiſpaniâ.*

*Quatuor Eccleſiæ Hiſpaniæ velut columnæ.*

492 In vetuſtiſſimis S. Iuſtæ ſchedis in Chronico rerum geſtarum à diſcipulis S. Iacobi vaticinatos eſſe reperi amittendam ingreſſu Sarracenorum iterum eſſe Hiſpaniam, Chriſtianos omnes ad quatuor Eccleſias tamquam columnas concurſuros, ad Cæſaraugustanam & Toletanam præſentia B. Virginis nobilitatas, Bracharenſem quod in ea Protomartyr Hiſpaniæ S. Petrus illius ſedis Epiſcopus, ad Compoſtellanam, quia in ea requieſcunt ſacratiſſima Iacobi Apoſtoli oſſa.

*Miſſa S. Iacobi.*

493 Miſſa S. Iacobi maioris à diſcipulis eius compoſita Incipiebat: Apoſtolo tuo Iacobo. poſt adiecit M. Marcellus Eugenius, hæc dicit Dominus, & orationem: Chriſte cuius virtus, duas lectiones: Iuſtus ſi morte, &, In illis diebus ſuperuenerunt. Cætera ad finem S. Melantius Toletanus Epiſcopus adiecit.



494 Reperi, quum in Abila fui, librum doctiſſimi cuiuſdam viri ſine nomine docti quidem & Catholici valde.

495 Anno 61. relicto Petro in Britaniá Eugenius Romam rediit & comitatus eſt S. Paulum ad Hiſpanias proficiſcentem.

*S. Eugenius Romam redij relicto Petro.*

496 Memoria celebratur in multis Hiſpaniæ locis egregiè.

497 Beatæ Virginis de Columná templum ſacratiſſimum eſt, & ſucceſſione Pontificum & multorum eius domus ſepulchrorum habitatione & celebritate. Nam S. Athanaſio primo Theodorus poſt longa tempora illi Felix, Felici Valerius primus, ſub Diocletiano illi Valerius ſecundus, huic Coſtus, Coſto Caſſius, Caſſio Valerius vel Valerianus III. Valeriano Fl. Aurelius. Prudentius Clemens ciuis Cæſaraugustanus Poëta celebris ab anno 410. ad annũ 424. Obijt primá Nouembris quum eſſet aliquanto Septuagenario maior. Sepelitur *cum lacrymis* in æde S. Mariæ de Columnâ, huic ſucceſſit Vincentius Arrianus & alij multi Sancti Pontifices.

*Templum B. Virginis de Columna, I. de el. Pilar.*

*Et ſucceſſio Epiſcoporum eiusdem.*

*Vide. Io. Iacobum Chiffletiũ intractatu de lacrymis priſco ritu fuſis.*

498 Fl. Dracontius cum poeticæ tum militiæ titulo celeberrimus fuit, namque functus eſt officio Vicarij Africæ anno 370. ſub Valentiniano & Valente. Meminit huius Fl. Dracontii Vicarii Africæ codex Theodoſianus. lib. 13. Tit. 16. leg. 4.

*Dracontius Poëta & miles fuit Vicarius Africæ nu. 405.*

*Vide Iſidorum de viris illuſtribus.*

*Vide Goldaſtum in dedicatoria ad Hexameron.*

*Duo Prudentij fuere, & vterque prædicauit Calagurritanis diuerſis temporibus.*

499 Probabile eſt olim duos fuiſſe Prudentios Epiſcopos Tarraconenſes, alterum ſub Diocletiano qui tranſlatus Cæſarauguſtam ſepeliuit S. Eucratidem, trăſlatus poſtremo Tarraconem, alterum longo decurſu temporis inferiorem. vterque prædicauit Calagurritanis, hic Gentilibus, ille verò Macumetanis magno cum fructu.

*Auraſius Epiſcopus Toletanus multos Iudæos conuertit.*

500 Era DCXLIX. anno ſecundo glorioſiſſimi Regis Fl. Gondemari à Pontifice Tol. Furaſio conuerſi fuerunt ad fidem multi Iudæi ex ſynagogâ Toletanâ, quam Froganus procer & Iudex Toleti precibus Abretaris Archiſynagogi familiaris eius dirutam erexerat (hęc erat a Captiuitate Babylonicâ Toleti fundata) qui eius queſtibus & oratione fecit fuſtibus contundi pluſquam centum Iudæos conuerſos & baptizatos ab ipſo Sanctiſſimo Pontifice Auraſio hoc anno in peruigiliii paſchatis, nocte, idque in Eccleſia coram proceribus palatii S.P.Q.T. & multis Iudæis præſentibus erga quem nec preces nec minæ quicquam valuerunt S. Pontificis. Eum anathematizat, & hic ponitur forma ſolemnis anathematiſmi, quę fuit in vſu tempore Regum Gothorum, vt in Epiſtola circumfertur Archiepiſcopi Auraſii ad eundem Froganum Rectorem Toleti.

*Synagoga Toletana inde vſque à captiuitate Babylonicâ fundata Toleti.*

*Auraſij Archiepiſcopi Toletani epiſtola.*

*Prudentij duo.*

501 S. Prudentius prior floruit anno Domini. 297. poſterior verò anno MX. prior dicitur Calagurritanus & Cæſarauguſtanus.



502 Municipium factum eſt ſub Tiberio Cæſare Tarraco diſtans Toleto 20. M. paſſ. in Carpetania. *Tarraco.*

503 Duplicis fluuii Annæ meminit Antoninus, minor dicitur Annus. *Duo fluuij Annæ.*

504 Celebris eſt memoria S. Gennadii Epiſcopi Aſturicenſis ſub Mauris 25. Maii anno 917. & S. Valerii obiit anno 680. celebratur eius dies ſolemnis primâ die menſis Nouẽbris. *S. Gennadius Epiſcopus Aſturicenſis S. Valerius.*

505 S. Vibius* Seruilianus miles & ciuis Romanus, cuius meminit Martialis lib. 9. Epigram. 32. notiſſimus fuit M. Marcello Eugenio, Toletano Pontifici, ciui quoque Romano S. Clementis legato. *S. Vibius Seruilianus. Martialis.*

**Lege Vebius licet aliqui in Martiali legant Vibius.*

506 Huius & .......... geſta ſcripſit idem S. Marcellus in vitâ S. Flauiæ Domitillæ Petronillæ & SS. mart........

507 S. Valerius Abbas ex oppido interamnio Flauio nunc Pōtſerrata florebat tempore Gotthorum in Aſturicenſi tractu, obiit anno....... *S. Valerius Pontſerrata Ponferrada.*

508 S. Fructuoſus, Valerius, Genadius, Arandiſelus monachi Benedictini. *SS. Fructuoſus, Valerius Gennadius &c.*

509 S. Gennadius Luſitanus Bracharenſis Monaſterii Agen propè Bracharam.

510 S. Fructuoſus natus eſt anno 585. quum eſſet 22. annorum anno ſcilicet 607. monachiſmum profeſſus eſt Toleti ſub Conantio Monacho Agalenſi Toletano præſule viro doctiſſimo, ſanctiſſimoque poſt an. 610 pe- *S. Fructuoſus ædificauit Complutenſe monaſteriũ. Conantus monachus Agalenſis,*

*& Toletanus præſul.*
*Lege*: Chindaſuintus.

tiit eremũ Bergidii Flauii & iam ſenior ædificauit monaſterũ Complutenſe anno 646. Rex *Receſuinthus* priuilegio conceſſit illi multa, poſt factus eſt ad annum 655. Epiſcopus Dumienſis ad annum 665. quum eſſet 82. annorum præfectus Bracharenſis Sedi, dormiuit in Domino plenus dierum & ſanctitatis.

*S. Petrus Bracharenſis Epiſcopus.*

511 Tempore Syſenandi floruit Epiſcopus Bracharenſis S. Petrus, poſtea Narbonenſis ad an. 646. mortuus, vt factum celebrat epigrammate quodam Latino S. Fructuoſus Archiepiſcopus Bracharenſis.

*S. Fructuoſus.*

512 S. Fructuoſus dum Abbas erat in inſula Tumba nunc Tamba, monaſterium fecit alterum in inſula S. Petri prope Gades.

*Abila Obila & Abila quæ Interamnium dicta.*

513 Abilam in Baſtetanis ponit Ptolomœus, & Obilam in Vettonibus & Abilam in fine Vacceorum & Luſitanorum, huius nullus antiquus meminit Geographus duntaxat Ptolomœus. In hac poſtrema Abila, quę Interamnium dicta eſt, paſſi ſunt SS. Fratres Vincentius & ſorores, maximè dubium an tempore Gotthorum ſedes fuerit Epiſcopalis, quo trãslatum eſſe creditur corpus S. Secundi Epiſcopi & martyris, olim ex Abulá diruta Beticæ.

514 Hæc ciuitas ædificata creditur ab Hercule Osyride, cui ſacer fuit Taurus, dicta Grecè Boſphoros, Latinè Vegentum Carpetanorum colonia.

515 Tem-



515 Temporibus Imperatoris Decij nominata fuit Abyla ciuitas.

*Abyla.*

*Ex Africa Sitefenſi venerunt Chriſtiani nobiles.*

516 Ex Africâ Sitifenſi nunc Fez tempore Sindauinthi venerunt Toletum Chriſtiani nobiles Arabes, qui docuerunt linguam Arabicam Gothos, quod illis poſt magno fuit adiumento ad futuram captiuitatem. data eſt illis Eccleſia S. Mariæ, quæ à Sitefenſibus vulgo dicta eſt Alfice, vocabulo patrio Arabico, Gotthi verſabantur tanquam cum nobilibus & pòſt captiuis.

*S. Euroſia.*

517 Anno 935. fuit inuentum corpus S. Euroſię diuinitus à quodam paſtore.

*Rodericus Didaci.*

518 Notiſſimus mihi fuit vir ſanctus & ſtrenuus Rodericus Didaci.

*Ioannes Archiepiſcopus Toletanus.*
*S. Secundus, S. Iacobi diſcipulus Epiſcopus Abulæ.*

519 Apud S. Lucam Toleti ſepultus eſt Ioannes, nõ presbyter, ſed Archiepiſcopus Toletanus, dictus Arabicè Almetran, id eſt Primas. habet Epitaphium in pariete linguâ Arabicâ, dicitur S. Vir. S. Secundus S. Iacobi diſcipulus Epiſcopus Abulæ in Bateſtanis, prædicat per Bateſtaniam. Abula fuit occidentalior Turbula minus 16. M. paſſ. (quæ nunc Touarra) in loco edito mõtis vel Chinchillæ vel prope Chinchillam, inde petit Græciã. ſequitur poſt S. Iacobum, S. Paulũ ad Hiſpaniã euntem; ibi manet ac poſt annum 65. in ſuâ ciuitate martyr fit.

*Priſcillianus hæreticus.*

520 Priſcillianus hæreticus Epiſcopus fuit Obilæ in Vettonibus, non Abilæ in confinio Luſitanorum & Carpetanorum.

Q

*Abila Sedes Epiſcopalis.*

521 Abila in confinio Carpetanorum & Luſitanorum ſita, licet euerſa fuerat, remanſit viculus. reparatur meo tempore à Raimundo Comite genero, Imperatoris, & eius iuſſu fit ſedes Epiſcopalis.

*S. Valerius genere Romanus.*

522 S. Valerius ex genere Romanorum præcipuè ex gente C. Valerij Arabini Bergidenſis flaminis tempore Traiani Imperatoris mirificè vitâ literiſque floruit.

*S. Valerius Pontifex Cæſaraugustanus.*

523 Ex eadem ſtirpe S. Valerius Cæſarauguſtanus Pontifex.

*Conuentus Hiſpaniæ. I. Concilium Hiſpaniæ.*

524 In ſingulis præcipuis conuentibus Hiſpaniæ erant omnium Coloniarum & municipiorum & primarum vrbium ſinguli viri, qui in eo conuentu collecti formam Senatus Romani præ ſe ferebant, vt in Bæticâ Hiſpali, in Luſitania Emeritæ Auguſtæ, vt in citeriore Tarracone, qui Senatus dicebatur Concilium, vt in citeriore Aſturicæ Cæſarauguſtæ, Barchinonis Valentiæ........ Luci, Iriæ flauiæ, Bracharæ, Toleti, Compluti, Sagunthi, Secontiæ. Hoc Concilium decernebat ſtatuas in foro ſui conuentus, & qui futuri erant flamines, qui Sacerdotes Romæ Deorum & Auguſtorum, nec communiter conferebatur hoc niſi viris in ſuis Rebuſpublicis omnibus honoribus ſplendidiſſimè perfunctis.

525 In talibus conuentibus erant Tabulæ æneæ, in quibus numerus erat capitum ſingulorum conuentuum, & in fine coloniarum & municipiorũ & ſtipendiariorũ numerus. ſic N.



prouinciæ manẽtibus profutura, ſic in ſingulis.

*Mageritum Madrid. S. Iſidorus. Mantuanus. I. S. Iſidor de Magerito ſuprà. n. 159. & 426.*

526 S. Iſidorus Mantuanus adhuc exiſtente Magerito ſub Mauris, florebat meo tempore miraculis, quẽ Rex Adephonſus Sextus & eius filia Vrraca & nepos Adephõs⁹ nimis coluerũt.

527 Facta eſt prima tranſlatio à cemiterio ad Eccleſiam S. Andreæ an. MCLV. ferè quum hæc ego ſcribebam in medio Eccleſię prope Apoſtolos.

*Prima tranſlatio Corporis S. Iſidori Mantuani è cæmiterio ad Eccleſiam S. Andreæ. Secunda ad latus altaris Apoſtolorum Petri & Pauli.*

528 Tranſlatio hæc ſecunda facta eſt a Domino Celebr...... prope altare SS. Apoſtolorum Petri & Pauli in latere quod prius iacuerat ante dicta altaria in pauimento. iacuerat ſic intra dictam Eccleſiam 38. annos integros. propter crebriora miracula facta eſt hęc ſecunda tranſlatio ad latus altaris.

529 Prima tranſlatio facta eſt iuſſu Gerontij Toletani Epiſcopi anno Domini MXIII. die XII. Aprilis Dominica in Albis.

*S. Iacobus Prædicauit Epheſi.*

530 S. Iacobus prædicauit poſt Iudęam Samariam & Galilæam in vrbe Epheſo, inde venit in Hiſpanias, inde in Gallias, Angliam, Hiberniam, & per Germaniam, vnde reuerſus in Hieroſolymam primus Apoſtolorum martyrium ſubiit. ex Chronol.

*Ottho Dux Francorum Orientalium & Americus Epiſcopus*

531 Dum hæc ſcriberem, exceptus eſt anno Domini M. CCXXXVII. pridie idus Octobr. Dux orientalium Francorum Ottho, & Americus Epiſc. Herbipolenſis venientes viſere corpus S. Iacobi maioris Apoſtoli ſui, & alla-

*Herbipolenſis, venerunt in Hiſpaniam & Toletum.*

turi aliquas reliquias, Toleti ab Imperatore Adephonſo Raimundi comitis filio, & à Raimundo Archiepiſcopo Toletano S. P. Q. T. & clero proceſſionaliter excepti ſunt, & etiam ad S. Iacobum in Compoſtellâ & ab Archiepiſcopo D. Didaco Galmirez, & datæ ſunt reliquiæ Corporis S. Iacobi, quod raro dari ſolebat, & corpus oſtenſum xi. cal. Decemb. mãſerunt ibi x x. dies cum gaudio, quos Imperator comitat⁹ eſt & honorificẽtiſſimè deduxit.

*Abila ciuitas deſtructa à Muza duce, reparata à Raimundo comite.*

532 Quum ciuitas Abila (quæ reparata eſt à Raimundo comite genero Imperatoris) fuit à Muza duce funditus euerſa, ita vt nec templum nec eremiterium, nec pars vlla Murci vel domus ſuperſtes fuerit.

*S. Agapius Epiſcopus Carthaginenſis. S. Secundus Bracharenſis.*

533 Corpora SS. Martyrum Agapij Epiſcopi Carthaginenſis Hiſpaniæ & Secundini vel Secundi Bracharenſis ex Hiſpania miſſorum Cyrtem vrbem Numidiæ in exilium, vbi paſſi ſunt ſub Valeriano, à quo paſſi ſunt exilium. Præceſſit Secundus Calidonium Epiſcopum Bracharenſem. horum corpora relata ſunt ad Hiſpanias miſſa dono Comiti Raimundo genero Imperatoris Adefonſi Sexti.

*Litabrum Buytrago. S. Fructuoſus Secouienſis ciuis.*

534 Prope Litabrum, nunc Butracum, obijt 25. Octobris die S. Fructuoſus Segobienſis ciuis, viuus mortuuſque clarus miraculis anno Domini. 725. Sunt qui dicunt paſſum à Sarracenis cum ſorore & fratre. Muzarabes Segouienſes anno Domini 730. corpora tranſtulerunt Segouiam nondum dirutam à Mauris.



*L. Decius Fructus Toletanus.*

535 Pater horum fuit L. Decius Fructus Toletanus ex genere Cn. Pompei Fructi, cuius baſis & ſtatua cum inſcriptione egregia eſt in foro Tarraconenſi.

*Segouia deſtructa.*

536 Exciſâ Segouiâ anno 755. per Abderagmem Regem Cordubæ manſit viculus, & allato corpore S. Fructi & ſociorum, manſit mandibula eius.

*S. Petrus à barco.*

537 Dicuntur fuiſſe tres hi ſancti ex Eremitis Sancti Patriarchæ Benedicti.

*S. Virgo Barbata nomine Barbara. Vide ſuprà n. 249.*

538 S. Virgo Barbata, S. Petrus à barco floruerunt anno DXC. ſub Gotthis.

539 Hæc Sancta Virgo nomine Barbara caſtitatis ergo barbata eſt facta.

*S. Nunilo & Alodia.*

540 Paſſæ ſunt Nunilo & Alodia ſub Zumaila Rege Carauaccæ.

*P. Dacianus Hiſpaniæ præſul. crudeliſſimus.*

541 P. Dacianus natus in Catalonia, Hiſpaniæ ciuitate Deciana ad omne genus crudelitatis natus 40. ætatis ſuæ anno rediit Roma (vbi munera obierat honorifica) in Hiſpaniam, reuerſus Romam anno 57. ætatis ſuæ fere 100. Conſul factus ......... adhuc vegetus venit Proconſul Antiochiam, vbi creditur à non multis conuerſus ad fidem à Viuentio preſbytero, liberata filia à dæmone Eupatrona, multiſque baptizatis, rediit in Hiſpaniam. Romæ plenus annis mortuus eſt. celebratur Viuentius 13. die Ianuarii.

*Eupatrona filia Daciani à Dæmone liberata. Viuentius.*

*Palmas Pimenteles Pachecos ſyluas.*

542 Vt Toleti genus Palmarum, * alibi Pimentaliorum à pigmentariis, & Pacchiorum

* *videtur deeſſe [à Palmis]*

*Los Reinas, de Carauacca.*

à Iunio Pacieco, Syluarum à ſyluis celebre eſt, ſic in tractu Carauaccenſi genus Reginarũ trahit originem, & à S. Regina Virgine & martyre paſſa Toloſæ in Gallia 7. Septemb. & à patre eius Cl. Clemente Regino, & ab alio Cl. Clemente Regino qui Siciliam profectus Carauaccâ venit in Galliam & ibi ex matrimonio genuit Cl. Clementem Reginum patrem S. Claudiæ Reginæ Virginis & martyris.

*Vide Dn. Thom. Tamaio de Vargas en la Verdad de Fl. Dextro pag. 99 & ſeqq.*

*Conſtantinus ædificauit Eccleſias per Hiſpaniam præcipuè.*

543 Conſtantinus factus Chriſtianus fecit per orbem Eccleſias dirutas ſuis ſumptibus reædificauit præcipuè per Hiſpanias, & ibi multa cótulit beneficia: nam vbi eſt ingens nummorum eius numerus, ſignum eſt ibi collatum imagine benefactum fuiſſe, in cuius memoriam ab vrbibus cuſæ ſunt monetæ.

*Singilis, Diarreus, Vero, Monachalis fluuij.*

544 Quatuor flumina Singilis, Diarreus, Vero, dictus à Sarracenis Veyro, & Monachalis mirè fecundant agrum Granatenſem.

*SS. Felix & Regula Martyres Carauaccenſes.*

545 Felix & Regula fratres Chriſtiani nobiles nati in agro Carauaccenſi, patribus Chriſtianis, deuecti in Brigagium & Turingiũ oppida condita à Turingis in Aragonia propè Taraſonem XI. Septembris paſſi ſunt in perſecutione Decii an. 253. præſide M. Aurelio Valentiniano, paſſi ſunt graues cruciatus & mortem, qua hic coronam martyrii conſequitur: illa virginitatis laureã cumulauit lauro martyrii. horum meminit Beda, & eorum corpora ſunt in monte prope Turingium.



*Seleucus Paphnutius Eremita & martyr.*

546 Seleucus Paphnutius patria Lacedæmon in Bateſtanis, amore ſeuerioris vitæ cum pluſquam quingentis ex patria & aliunde collatis in Ægyptum porrexit, vbi poſt Eremiticam vitam ſeſe in perſecutione Diocletiani iudici ſponte ſuâ obtulit, qui delati ad Diocletianum iuſſi ſunt venire in Hiſpaniam, & vt credo in patria ille palmæ adfixus iuſſu Daciani, alii plures quingenti anno 304. XXIV. Septembris al. XXVIII. Aprilis necati ſunt.

*Barbaroſa.*

547 Coronatus eſt Barbaroſa à Roberto Hieroſol. 3. Maii. 1232.

548 Anno MCCXXII. primâ Nouembris paſſi ſunt SS. Ioannes & Petrus ....... Val.

*S. Gratianus Epiſcopus Carthaginis Spartariæ.*

549 S. Epiſcopus Gratianus Carthaginis Spartariæ collatis liberalitate D. Conſtantini Magni CCCCHS & CC. largitione fidelium ædificauit magnificum templum DD. Vincentio & Læto Adelphis Libiſoſſæ paſſis Toleti natis, in Vallecula vbi Libiſoſſæ paſſi ſunt.

*Sonitus campanarum ſubterraneorum miraculosè audiuntur propè Margelizam. Templum S. Quiteriæ.*

550 Frequenter in quibuſdam Hiſpaniæ locis audiuntur ſubtus terram ſonitus campanarum, vbi creduntur fuiſſe monaſteria ſacrarum Virginum, quæ ne venirent in ſalacium Maurorum manus, petieruntà terrâ ſorberi, vt in iugis Carpetanis prope Margelizam in Carpetania, in templo S. Quiteriæ, & etiam alibi.

551 Ab antiquiſſimis temporibus frequentes & celebres in Hiſpaniis ſunt memoriæ S. Quiteriæ Virginis & martyris Hiſpanæ.

*Lupus Frater Lupariæ conuerſus.*

552 Lupus frater Lupariæ S. feminæ ad fidem conuerſus prędicatione cuiuſdam fabræ Virginis cognomento Neriæ, qui duxit infans.

*Hyginus Epiſcopus Cordubenſis.*
*Priſcillianus Gallecus hæreticus ab Epiſcopis hæreticis factus Epiſcopus Abilenſis.*

553 Hyginus Epiſcopus Cordubenſis admonet Idatium Epiſcopum Emeritenſem de Priſcilliano Galleco hæretico prçcipiti. is damnatus in concilio Cęſarauguſtano. Epiſcopi hęretici ſuę factionis faciunt Epiſcopum Abilenſem ( qui iam deſierat eſſe Epiſcopatus à Conſtantino ) idque temere & auctoritate ſuâ, licet Audentius Toletanus, & Mauritius Carthaginis Spartarię reſtiterint, tamen vi hęreticorum conſecuti ſunt breuiter ſuum propoſitum, nihilominus impetrato reſcripto ab Imperatore Gratiano Priſcillianus & ſocii Romam petunt conuenturi S. Damaſum contribulem i. Gallecum vel Luſitanum. mortuus ſepelitur in ſede Abilenſi prope Bęticam in Bateſtanis execrandus hęreticus.

*Dacianus creditur ad fidem conuerſus & martyr factus.*

554 Sunt qui putent Dacianũ ad fidem conuerſum nõ ſolum inueniſſe locũ venię, ſed iã ex Antiochiã Romã reuerſum ſub Iuliani perſecutione an. 360. 4. Iunii cũ aliis paſſum eſſe marty.

*Lerma à S. Lerama ſic dicta.*

555 :::::::: Triboraci ( quod oppidum nunc Lerma eſt in Maſburgiis ) commemoratio S. Calliopę cognomento Leramæ, à quo nomen accepit oppidum fortiſſimæ CHRISTI martyris, quæ in perſecutione Neronis mammillarum abſciſſione, carnis exuſtione, & ſuper ardentes teſtas volutatione demum capitis abſciſſione



abſciſſione fidei cauſsá martyr euaſit, agunt de eâ Græcorum menologia & martyrologia 8. die Iunij anno XIII. imperij Neronis.

456 Hector qui interfuit concilio Tarraconenſi non fuit Tit. Epiſcopus Toletanus, vt nonnulli dicunt, ſed Metropolitanus Carthaginis, quæ à Toletanâ fuit auulſa prouincia.

*Hector Metropolitanus Carthaginis.*

459 Dydimus & Veromanus fratres ciues Romani nati in agro .......... defenderunt ingreſſum Pyrenæorum Barbaris nationibus priuatis ſumptibus, at falsò de proditionis accuſati ſuſpicione necati Barcinone iuſſu comitis Conſtantij.

458 S. Hector ex Carthagine Spartariâ tranſlatus eſt Toletum.

*S. Hector trãſlatus Toletum*

459 Theodoricus Rex Oſtrogotthorum regens Hiſpaniam Toleti reparari fecit Coloniam Carthaginẽſem, quæ diruta manſerat ab Vvandalis, & fecit anno 823. filium ſuum Seuerianum Ducem Carthaginenſis prouinciæ, & Carthagine fecit illi domum regiam, vbi habitaret, ædificari ſupra portum in aſpectu longè omnium amæniſſimo.

*Theodoricus Rex Oſtrogotthorum. fecit Seuerianum filium ſuum Ducem Carthaginenſem. Ducatus Carthagenenſis.*

460 Hæc dignitas erat inter Gotthos à rege omnium maxima.

461 Theodoricus dedit Seueriano filio ſuo, conſeruante pòſt Amalarico rege, vt non ſolũ eſſet Dux prouinciæ Carthaginis Spartariæ, ſed totius prouinciæ Dominus, vbi ipſe Carthagine & Toleti prouidebat cui placebat,

*Bigaſtrum arx.*

Epiſcopatum, habuit etiam arcem Murciæ vbi degebat, quæ dicta eſt Bigaſtrum.

*S. Fulgentius.*

462 S. Fulgentius dicitur exulaſſe Carthagine Spartariâ aliquor annos cũ magnis incõmodis & vexationibus, quas ille patientiſſimè tulit degẽs in domo paruâ priuatâ. inde ſcripſit Tarraconé & Valentiam ad S. Hermenegildum vinctum, exhortans illum ad coronam martyrij, ibiq; ſcripſit librum de Incarnatione, quem dedicauit Scarilæ Monacho Benedictino Abbati S. Leocadiæ.

*Eiuſdẽ exhortatio ad S. Hermenegil-*

*S. Lacimanus Epiſcopus Carthaginis.*

463 S. Lacimanus Epiſcopus Carthaginenſis Securæ (vt quidam volunt) natus, præceſſit in ſede Dominicum & Fulgentium bis Epiſcopum Carthaginis.

464 S. Larimanus Archiepiſcopus Carthaginis ~~Spartariæ & anno Mauritij veneno peri~~mitur ab aduerſarijs hæreticis, hoc eſt anno 585. 4. die Maij. vt ſanctus habetur à B. Iſidoro & Ilephonſo, ſuccedit in ſede quam reliquerat Aleuangildo, miſſus in exilium, Dominicus ſenex admodum. Fuit Securitanus Securæ vel Scuræ vel Sercatinæ, à quo Monaſterium Sercutinum, 1. Sercutanum. 1. Securitanum, condidit id S. Donatus migrans ex Africâ, & ibi iacet clarus miraculis, colitur primâ Nouembris, ſucceſſit illi Eutropius qui fuit Epiſcopus Valentinus, conditum Monaſterium opibus cuiuſdam feminæ nobiliſſimæ Securitanæ (quæ dicta eſt Manacca)

*Monaſterium Securitanum.*

*S. Donatus.*

*S. Eutropius Valentinus.*



ſanctiſſimè vixit & mortua eſt. Ædificatum eſt & eius ſumptibus alterum Monaſterium Securitanum nomine S. Martini prope Carthaginem, non procul Monaſterio S. Geneſij.

465. Monaſterium Securitanum 1. Seruitanum fuit Scuræ ad portam Gótariam, quâ ibatur ad vrbem olim celebrem Gontaram dictam..

466 S.......... aliquando fuit Lariſſæ quæ dicitur Totania.

*Lariſſa Totania.*

467 Maurus qui prouocauit ſingulari certamine Chriſtianum nomine Pelagium......... Toleti dicebatur Ali Abdalla ſub Alcamane rege Toleti Mauro patre S. Caſilæ.

*Ali Abdalla prouocat ſingulari Alcamane Pelagium.*

468 Salomon Epiſcopus Carthaginenſis Hiſpaniæ, natus Securæ, obijt in oppido Ianuæ de la puerta, prope Securam colitur 28. Septemb.

*Salomon Epiſcopus.*

469 Corpus S. Leocadiæ Virginis & martyris Toleti paſſæ defertur Ouetum Toleto anno 770. quumq; quidam comes Sueſſonenſis iuuiſſet in bello Ildephonſum caſtum, petijt ab illo corpus S. Leocadiæ, & Oueto defert Sueſſones, anno 800. & anno DCCC XL. fit eius & aliorum ſanctorum tranſlatio ad honeſtiorem locum, anno C ∞ L. delatum eſt ad Annoniam ad Monaſterium montis Henau, vbi modo quieſcit.

*Corpus S. Leocadiæ.*

470 In conſilio Gundemari abolitum eſt nomen Epiſcopi Carthaginẽſis ciuitate exciſâ

*Concilium Gundemari.*

*Epiſcopatus Carthaginenſis abolitus.*

& ne reuiuiſceret ſchiſma diuiſerunt ſedem in prouincia Toletana, & tranſlata eſt ſedes Bigaſtrum, hoc eſt Murciam. primus eius Epiſcopus Vincentius hic confirmatur, cui ſucceſſit Fulgentius, & quod non appellatur Carthaginenſis, ſed Bigaſtrenſis, eſt aliqua confuſio.

*Fulgentius.*

471 Era DCLIIX. mortuo Vincentio tranſlatus eſt Fulgentius Bigaſtrum, obijt.... in pace 16. Ianuarij anno Domini DCXXII. iacetque Bigaſtri.

*S. Vincentius Epiſcopus Carthaginenſis.*

472 Vigeſima ſeptima Ianuarij S. Vincentij Carthaginenſis Epiſcopi & martyris cum alijs paſſi anno DCXIV. vt creditur ab Storianis occiſi ſunt pro Chriſti fide.

*Regnum Securæ & Carauacæ.*

473 Quo tempore cepit Regnum Securæ, cępit & Carauaccę. fuit primus Rex Alboachem frater Galafri iunioris regis Toleti & S. Martyris Nicolai dicti prius Ali. iſti fuerunt filij Alcamanis, dicti quoque Galafri Senioris Domini Bletiſſæ. 1. Ledeſmæ. Tranſlatum eſt Murciam, ann. MXXX. ſub rege Abeniamin manente Carauaccæ fratre Alemenonis Alicanis patris S. Caſildæ. ſubiecti ſunt iſti reges regi Caſtellæ.

*Bletiſſa. Ledeſma.*

474 Martia in Galletia quibuſdam eſt Sarria primo Sarcia, & mox Sarria.

*Martia. 1. Sarria.*

475 Euerſis inundatione Sarracenorũ Hiſpanijs, Chriſtiani Muzarabes remãſerunt habẽtes tẽpla ſacerdoteſq; nimis tamẽ ab illis vexati tributiſq; grauati, Carthagine, Bigaſtri, Illaci, Eliorote, Virgiliæ Carauaccæ, Bullis regiis, & Securæ. Aſſota tamẽ & Lacedæmõ ab Vvandalis euerſæ, mox reſtitutæ. hoc tamen tempore ab eiſdem ſunt ſolo penitus quatæ.

*Chriſtiani Muzarabes à Sarracenis oppreſſi.*



*S. Donatius.*

476 S. Donatius obiit Securæ an. 440. claret miraculis.

*Luitprandus Comes.*

477 Comes Luitprandus fuit Carauaccæ & Archipreſb. Murciæ Epiſcopus.

*Chriſtiani Epiſcopi & Sacerdotes iuſſu Ieruphini Memmamoli paſſi ſunt.*

478 Iuſſu Ieruphini Mẽmamoli in prouincia Marrocheorum illuc adducti ſunt omnes Chriſtiani, Epiſcopi & Sacerdotes ex Bœtica, regno Granatenſi, Secura, Murcia, Valentia, & Carauacca, & ex hoc tractu cum filiis & mulieribus....

479 ..............Ledeſmæ cum filiis celebratur 1. Nouemb. anno 770.

*Bonuentum.*

480 Finis Campi Buxexæ in Baſtitanis dicitur Bonuentum.

481 Cuius nunc memoria celebris prope Abilam Archiepiſcopatus Toletani.

*Iuliani auctoris horum aduerſariorum opera quædam*

482 Hiſtoriam Domini Bernardi Archiepiſcopi primi Toletani & aliud de hiſtoria Ildefonſi ſexti, aliud de hiſtoria Ildefonſi Raimundi filii etiam Latinè. Volumen Epiſtolarum, & Bullarum ac priuilegiorum à S. Eugenio primum ad Raimundum de Patriarchali iure S. Eccleſiæ Toletanæ ſatis longum, quædam carmina de *captiuitate Almeriæ*, Epitaphia aliquorum Archiepiſcoporum Toletanorum & virorum inluſtrium à me compoſita, de

*Huius operis meminit P. Franciſcus Portocarrero in libello de la deſceſſa de N. S. & aliquos refert verſus cap. 32. in fine, pag. 90. B. & 91.*

*Origines nobilium familiarũ Toletanarum.*

quo exſtat iuſtum volumen. hiſtoriam ſpecialem de obſidione & captione Toleti, ac de tempore captiuitatis. Vitas multorum Sanctorum partim carmine partim proſa. Origines & ſucceſſiones multorum nobilium Muzarabum & Toletanorum, videlicet Barroſorum, Nucumque & Toletanorum Godiclium, Columbatorum, Ficulnorum Portocarrerorum, Pantojarum, genus Munionis Aldefonſi Arlarum & ſimiliter Alcarramarum, Chronicon ab anno domini 36. ad MCLX. vbi breuiter multa tractantur de ſucceſſione multorum Epiſcoporum precipuè pertinentium ad ...... S. E. T. circa ſuos Epiſcopos, & ſeriem Eremiteriorum quæ ſubiecta ſunt Archiepiſcopis Toletanis, quod ſic habet, illa eadem ſubiecta fuerunt & Epiſcopis S. Iuſtæ tempore captiuitatis, quæ modo poſſidentur ab equitibus Muzarabibus.



# IVLIANI DE EREMITERIIS HISPANIS BREVIS DESCRIPTIO.

1 EREmiterium S. Petri & Felicis in ſuburbio Toletano S. Benedicti olim Monaſterium & auctum ab Emeterio Tago impoſitum à Fl. Rege Recaredo compoſitum, vbi conditus eſt S. Vngudila Archidiaconus Toletanus, ſocius S. Iuliani, S. Ildephonſi diſcipulus, ciuis Toletanus, pronepos Odilonis Gotthi Palatini obiit octauo anno Regis Vvambani, era 718. hoc eſt anno 680. Feria ſecundâ die vigeſima ſeptima Auguſti pridie feſti S. Auguſtini Mc huiuſque comes, hoc poſſidebat tunc Gumezanus Petri Barroſus Tolet. *Eremiterium S. Petri & Felicis.*

2. Eremiterium S. Leucadiæ Virginis & Martyris Toleti patronæ, & ciuis in ripâ fluminis Tagi à Raimundo Toletano Archiepiſcopo *Eremiterium S. Leocadiæ.*

reparatum à rege Siſebertho Gotthorum conditum, poſſidebatur ab antiquo à Muzarabibus Portocarreriis.

*S. Mariæ Ileocenſis.*

3 Eremiterium Ileocenſis à S. Ildefonſo Archiepiſco Toletano (vt quidam volunt) ædificatum, nunc patrocinio Toletani generis Muzarabici Nucum i. Nudez.

*Monaſterium B. Mariæ Virginis Delbieſe, lege Delbienſe ex notis ad n. 338. ad Chronicon.*

4. Prope hoc Eremiterium fuit in villa Delbienſi Monaſterium B. Mariæ Virginis Ordinis S. Benedictinarum Virginum, ab eodem D. Ildefonſo in paterno ſolo conditum prope nunc dirutum, & hereditates eius ſeruantur ab Eremitario.

*Eremitrium S. Michaelis.*

5 Eremiterium S. Michaelis à parte Orientali Toleti (coæuum Eremitario Hiſpal. vbi imago B. Mariæ .....) diſtans ab vrbe regia pluſ~~quam 4. mill. paſſuum, non procul à fluuio Ta~~go ab Athanagildo conditum, nunc poſsidetur iure patrocinii ab Columbanis genere nobili Muzarabum.

*S. Mariæ ſuper Petram. i. Sopetram.*

6 Sanctæ Mariæ ſuper Petram, vulgo Sopetram, vbi olim cœnobium S. Mariæ Virginis à Gundemaro conditum, reædificatum ab Imperatore Ildefonſo ſub iure regum.

*Eremiterium S. Petri Viridis.*

7 Eremiterium S. Petri viridis in ſuburbio Toletano ab Auraſio Toletano Pontifice conditum, vbi Monaſterium eſt Benedictinorum, nunc ſub patronatu Ezlorum, de qua gente fuit idem ſanctiſſimus Pontifex Toletanus Auraſius.

8 Ere-



*Eremitarium Agalienſe.*

8 Eremiterium Agalienſe vbi Rex Athanagildus ædificauit celeberrimum Monaſterium Ordinis S. Benedicti ſub regiâ poteſtate: Gudielorum gens tenet patrocinium, quæ ſe dicit linea rectâ deſcendere ab rege Athanagildo. nunc dirutum eſt. erat ad Septentriones non procul à S. Petro viridi vel Prætorienſi & à fonte imperatoris, qui erat in hortis, viaque etiam Talaueriam Tago impendentibus.

*Monaſterium S. Mariæ Ciſlæ.*

9 Monaſterium S. Mariæ Ciſlæ tempore Gothorum ab Auguſtinianis Monachis poſſeſſum, nunc Eremiterium, dicitur fuiſſe conditum à Rege Athanagildo, à quo ſe ſe dicunt deſcendere Pantojæ, & ideò ſunt patroni huius Eremitarij.

*Eremiterium S. Mariæ de Prato.*

10 Eremiterium S. Mariæ de Prato in ſuburbio Talabracenſi à Luibane rege conditum, & S. Ildephonſo in pretio habitum, vbi prius dicitur fuiſſe Deæ palis ædicula. hanc vrbem nunc Delboram, nunc vocant Aquenſem, vbi ex antiquo coluntur ſacra Virginis ſponſalia cum ſponſo ſuo Patriarcha Ioſeph, fuit Gaetanorum.

*Eremiterium S. Mariæ Antiochiæ. i. de Atocha.*

11 Eremiterium Mageriti S. Mariæ Antiochiæ, quo delata fuit ab Antiochenis Petri ſociis venientis in Hiſpaniam imago B. Virginis Mariæ & ibi collocata, quam plurimum veneratus eſt S. Ildefonſus Pontifex Toletanus, Doctor ſanctiſſimus doctiſſimuſque Toletanus patronus.

S

*Eremiterium S. Saluatoris Veratenſis.*

12 Eremiterium S. Saluatoris Veratenſis in principio Bettoniæ in Luſitania, erectum à Richila Obilenſi Epiſcopo à tempore Gotthorum, & in tempore Maurorum in Hiſpanias irruentium, eò ſe receperunt multi Pontifices ex confiniis, muniminis & pietatis causâ, vbi dicitur fons diuinitus manaſſe in ſubſidium Sanctorum.

*S. Petri.*

13 Eremiterium S. Petri, quod reædificauit Adeleluius, quem nolentem elegerunt Canonici Toletani in Archiepiſcopum ann. 1089.

*S. Mariæ de Arriaca.*

14 Eremiterium S. Mariæ de Arriaca Murciæ, quæ tempore Gotthorum dicta eſt Bigaſtrum, quo tranſlatus eſt Epiſcopus Carthaginis Spartariæ, & in dicto Eremiterio baptizati ſunt S. Leander, & Theodoſia ſoror eius, prior vxor regis Viſogotthorum Leouigildi, mater ſanctiſſimorum Regum Hermenegildi Martyris, & Ricaredi Regis pientiſſimi religioſiſſimíque, quos baptizauit Dominicus primus huius nominis Epiſcopus Carthaginenſis, & fuit Eccleſia Muzarabum poſt captiuitatem Murciæ tempore Maurorum.

*S. Leander & Theodoſia.*

*Eremiterium S. Mariæ de*

15 Eremiterium Toleti in ſuburbio Sanctæ Mariæ de Als ...... à temporibus antiquiſſimis 3. templa Toletanorum, quo venerũt olim Monachi Carmelitæ, & tempore captiuitatis hæc fuit Eccleſia Regis Adefonſi ſexti, vbi ferè ſemper ſedebat Archipreſbyter S. Eccleſiæ To-

*F. Alficen.*



letanæ ſub patronatu Toletanorum Ficulnorum Portocarrerorum.

16 Apud Ambraciam vrbem quam ...... fluuius placidiſſimus præterfluit non pluſquam 32. milliaribus ....... Eremiterium S. Mariæ Fontis Dominarum, quod ibi Moniales nobiliſſimo genere natæ Ordinis S. Benedicti dicuntur habitaſſe à Conſtantini tempore poſt datam Eccleſiis pacem, ſumptibus reginæ Helenæ ſanctiſſimæ ædificatum, ex templo Berecynthiæ matris Deorum. quod oppidum Ambracia per emphaſim dictum eſt municipium in Concil. Illiberitano, confirmat Archipreſbyter Eucherius à municipio, qui hoc tẽpore ſcilicet conditi templi dicitur fuiſſe Epiſcopus, Vir apprimè ſanctus & doctus.

*S. Mariæ Fontis dominarum.*

17 Eccleſia nunc, ſub Sarracenis Cæſaraugustæ dicta de Columna B. Virginis Mariæ à B. Iacobo IESV CHRISTI Diſcipulo filio Zebedæi ædificata, eodem in Hiſpaniâ prædicante & iubente B. Virgine Maria, quæ Apoſtolo ſuo dilectiſſimoque conſanguineo diuinitus ſupra columnam apparuit, quæ ab eo tempore in columnis permanſit, & Eccleſia pontificia fuit, domus verè quidem Angelorum ibidem libenter inhabitantium, & ſchola tot ſanctiſſimorum præſulum, & palæſtra validiſſimorum martyrum, anno milleſimo centeſimo, quum hoc ſcribebatur, in pretio & veneratione habebatur, vt omni tempore eſt habita.

*Templum B. Mariæ Virginis de Columna. i. de el pilar.*

*Monaſterium B. Mariæ in territorio Complutenſi.*

18 Carraquicijs in Territorio Complutenſi Monaſterium S. Benedicti B. Mariæ ſacrum ab anno Domini DC.

*Eremiterium S. Mariæ de capite.*

19 Eremiterium Talamancæ S. Mariæ de capite, vbi fuit Monaſterium ſanctarum Monalium D. Benedicti.

*S. Geneſij.*

20 Eremiterium S. Geneſij 1. Abdelardi ad litus Carthaginis Spartariæ.

*Moratallæ.*

21 Eremiterium Moratallæ, quæ olim ciuitas Tricta dicitur.

22 Eremiterium Cubiletuli in Agro Toletano à tempore antiquo S. Mariæ Virginis aſſumptioni ſacrum.

*S. Thyrſi.*

23 Eremiterium S. Thyrſi intra vrbem Toletum, vbi nunc cæmiterium S.E.T. maioris, vbi iacet Munio Adefonſi, & omnes eius ſocij in bello Maurorum necati.

*S. Syluani.*

24 Eremiterium 1. dirutum Monaſterium S. Syluani ordinis Benedictinorum à tempore Gotthorum conditum.

*Eremiterium SS. Coſmæ & Damiani.*

25 Eremiterium S. Coſmæ & Damiani martyrum ordinis Benedictinorum, vbi fuit Abbas S. Ildefonſus, tametſi fuit Agalienſis Monaſterij Monachus & prior.

*S. Crucis.*

26 Eremiterium S. Crucis à rege Alfonſo ſtructū prope ſuburbium, quà itur ad portam Aquilanis non rectâ viâ, ſed tranſuertendo ad meridiem & ortum.

27 Prope pontem ferratum Eremiterium



non procul ab porta Aquilanis, Benedictinis datum.

*S. Luciæ.*

28 Eremiterium S. Luciæ inter regios hortos, vbi balneum fuiſſe dicitur Galianæ filiæ regis.

29 Cœnobium ſemidirutum prope arcem Galianæ à rege Vortizane, eo tranſlatum ab Alfonſo vi reparatum extra muros, quà itur ad portam Aquilanis Toleti.

*Imago B. Mariæ Virginis in Eccleſiâ Toletanâ maiori.*

30 Imago B. Virginis Mariæ quæ aſſeruata eſt in tempore Maurorum, nunc in magno pretio habetur, quæ tempore Ildefonſi erat in arâ maiori, quamque B. Virginem, quum ex dono *Cappæ* ſecederet, traditio eſt amplexatum fuiſſe, & in magno pretio ab eo tempore habita eſt, & à regibus Hiſpaniæ præcipuo cultu celebrata.

*Cappam vocat hanc veſtem quædam Hiſt. antiqua, cuius mentionem facit Portocarrero in lib. de la deſcenſion de Noſtra S. i vida de S. Ileſonſo c. 26. p. 72. B. & de* Cappæ *voce v. Cerdam in aduerſariis Sacris, v.* Cappa.

*Reges Hiſpani non niſi ſignis benedictis in templo D. Virginis inibant bellum.*

31 Rex Adefonſus...... & Adefonſus nepos Imperatores non niſi benedictis ſignis in templo Auguſto B. Mariæ, & factis precibus coram hac imagine non ibant ad bellum.

*Vide Patrem Franciſcum Portocarrerum è Societate IESV Presbyterum in libello de Deſcenſu B. MARIÆ ad Eccleſiam Toletanam fol. 91.*

32 A tempore captiuitatis, & vt creditur à tempore Gotthorum poſt deſcenſionem B. Virginis ad templum Toletanum, illud admirabile & omni timore dignum ab omnibus timentibus Deum habitum eſt, quo ex omni Toletano Epiſcopatu & ex aliis partibus mul-

ti veniebant peregrinationis cauſâ præſertim die ſacratiſſimo Aſſumptionis B. Virginis, cui templum ſacrum eſt.

*Iulianus Auctor horum ſcripſit hæc centenario maior.*

33 Hæc ſcripſi Centenario maior, Benedictus Dominus meus, qui docet manus meas ad prœlium, & digitos meos ad bellum, cui laus & honor in ſæcula ſæculorum.



# VARIORVM CARMINVM

## collectio à Iuliano facta.

PLacuit mihi nonnullas Epiſtolas hîc adnectere, & carmina coniungere, & inſcriptiones quas cum magno labore collegi & Fuldem miſi, quas ex libro membranaceo litteris Gotthicis ſcripto exſcripſi, qui liber adſeruatur in Bibliothecâ S. Iuſtæ huius ciuitatis: ſed primo ſubiiciam carmina, deinde Epiſtolas. Sequuntur Epigrammata S. Ildefonſi, S. Eugenij eius Auunculi ex libro graphicè ſcripto litteris Gotthicis.

Carmina S. Aldefonſi.

*Lucæ ſacrauit ſupplex Euantius Ædem,*
*Cui Nicolaus erat nobilis ipſe pater.*
*Lucia noſtra parens ſoror & Euantia, frater*
*Eugenius præſul huius & vrbis amans.*
*Lazarus à genetrice mea recta optima pauper*
*Accipit hoſpitibus pauperibuſque domum.*
*Quin auia induſtri de ſanguine nata Gathorũ:*

*Templa ſimul Marco ſancta Bleſilla facit.*
*Qui eius ſoboles Nicolaique Euantia, coniux*
*Ofilonis amans, & venerata Deum*
*Templa ſuperba Petro ſub mœnibus erigit vrbis,*
*Auget item reditus, complet honore domum.*
*Hic Ofilo regis ſoboles fuit Athanagildi,*
*Atq; meus genitor frater item Stephanus.*
*Cænobium Eubaliæ Rex Athanagildus & ædẽ*
*Noſter auus Iuſtæ ſed prius inſtituit.*
*Vir fuit iſte pius, nulli pietate ſecundus,*
*Sed clam, propter eos qui viguere, Gothos.*
*Sebaſtianus habet templum regnante Liuba*
*Vrbe ſub, at reparat Eruigius Mariæ.*
*Quin tamen ædificat Rex Conſtantinus eidem:*
*Toletiq; domus tertia ſacra fuit.*
*Viuite magnificis tecta aſſurgentia Diuis,*
*Qui regitis veſtro mœnia præſidio.*

## SCHOLION IVLIANI IN HOC EPIGRAMMA S. ILDEFONSI.

Quod Euantius ſacrauerit templum in honorem S. Lucæ, docet etiam Epigramma S. Pontificis Eugenij quod ſic habet.

Epigramma S. Eugenij.

*Ecce patent aditus & Lucæ limina templi:*
*Reddita vota Deo, ecce patent aditus.*
*Hanc in honore Dei ſupplex Euantius ædem*
*Sacrauit, fabricans hanc in honore Dei.*
*Hic patrios cineres præclaro marmore clauſit;*
*Seruet vt omnipotens hic patrios cineres.*

Nicolae



*Nicolae genitor pro te deuotio ſumma eſt,*
*Hic tibi fructus erat Nicolae genitor.*

Nicolaus duxit vxorem Bleſillam filiam I. ſororem Chindaſuinthi regis feminam præſtátiſſimam, de qua idem loquitur S. Eugenius, itaque vt ſigillatim dicamus, Nicolaus de genere Gothorum regum, & Palatinus comes duxit vxorem non minore nobilitate S. Bleſillam filiam I. ſororem vt dixi regis Chindaſuinthi, ex hac geniti Eugenius, qui fuit Archiepiſcopus Toletanus tertius huius nominis, vir in Catalogum Sanctorum relatus, Euantia, Lucia, Euantius, de quibus ſigillatim. primo de Bleſſilla ſic ait idem Eugenius, ſepulta eſt in æde S. Lucæ cum viro.

Aliud S. Eugenij Epigramma.

*Sparge roſas Lector, & candida lilia pone,*
*Matris ipſe ſacrum ſic venerare locum.*
*Hic dilecta Deo recubans Bleſilla quieſcit,*
*Clara parentatu, clarior & merito.*
*Virtutum gemmis, & morum flore venuſto,*
*Hanc imitare velis, ſi bonus eſſe cupis.*

Lucia & Euantia nupſerunt duobus fratribus Stephano & Ofiloni militibus Palatinis & Comitibus filiis Athanagildi Regis, Stephanus ex Luciâ ſolum progenuit Ildefonſum, Ophilo ex Euantia Ophilonem ..... ducem, Euantiam; ex ſecundo Ophilone nati ſunt Toletani dicti, viri primarii ſic per emphaſim dicti. de quibus mox Stephanus & Lucia ædificant templum in honorem S. Lazari pauperis in viâ, qua

*Euantia dicta Bleſilla Toletani I. p. 177.*

T

Toleto itur Complutum, qua de re extat D. Ildefonſi Epigramma tale.

S. Ildefonſi Epigramma.

*Lucia cum Stephano genitrix, ſed auunculus illum*
*Compulit Eugenius præſul ad hoſpitium.*
*Lazarus hoc mendicus habet ſub mœnibus vrbis,*
*Qua via Complutum curſibus apta patet.*

*In priuilegio ſeu donatione reperitur æra 684. quæ erat anno 646. cõfirmat Euantius comes Scãtiarum. v. ſupra n. 410.* Scantiarum *legẽdum eſt. v. Garſiam de locis ad concilia Toletana in concilio Tolet.* 8. *pag.* 459. v. *Couarruuiã in Theſauro linguæ Hiſp. N. Eſcanciar &* *Plin.* li. 14. c. 4. *vbi mentionem facit vinarum Scancianarum. de priuilegio, cuius hîc mentionem facit Iulianus. Late & bene fr. Antonius de Yepes tom. 2. in Hiſt. S. Benedicti anno Chriſti 646.* fol. 174. *col.* 3. *& refert & tranſcribit in appendice. vtrobiq; de hoc Monaſterio Benedictinorum. de Barroſis* 1. pag. 177. *&* 178.

Euantii fratris Luciæ & Euantiæ ac Eugenii celebris mentio eſt in donatione Chindaſuinthi Monaſterio Benedictinorum Complutenſi in Aſturijs datâ erâ 682. anno 644. vbi confirmat Euantius comes ....... id eſt, à poculis Regis huius. hic duxit vxorem nobiliſſimá Euphraſiam, ex qua natus eſt qui fuit caput Barroſorum Nicolaus .........ex Ophilone & Euantia nata eſt Euantia, quæ nupſit viro Gallo nobiliſſimo Hilario, moritur Euantia iunior, Hilarius fit Preſbyter Epiſcopus Complutenſis; ſocius ei ſuperuiuens petiuit à Fortunato Venantio Epigramma, quod poſuit ſepulchro eius poſt annum Domini 630. interfuit enim Hilarius concilio quarto Toletano, ſic enim habet Epitaphium Fortunati lib. 4.

Fortunati Venantij Epiſcopi Epigramma.

*Omnes vna manet ſors inreparabilis vrnæ,*
*Quum venit extremas lege trahente dies.*
*Sic facit hora nocens, neque nos fugit orbita mortis:*



*Quod qui digna gerit, demere nulla timet.*
*Hæc tamen inſignes animos ſpes non vaga paſcit*
*Corpore qui terras, & tenet aſtra fide.*
*Vir bonus egregiâ de nobilitate refulgens*
*Inter honoratos germinis altus apex.*
*Connubio iunctus ſimili, ſed coniuge rapta*
*Stans in amore Dei non fuit alter amans.*
*Vtitur in propriis, præſul moderamine legis,*
*Cuius iudicium pondere libra fuit.*
*Iuſtitiam tribuens populis examine recti,*
*Vendita res pretio non niſi quæque ſuo.*
*Funeris officio lacrimas Euantia, Chiro*
*Contulit hæc genero frigida buſta ſuo.*

Conſtat igitur ex dictis Opilonem & Stephanos fuiſſe de regio ſemine Gotthorum per Athanagildum, Nicolaum ſimiliter de genere regio Gotthorum, & Bleſillam ſororem Chindaſuinthi. Ex Nicolao & Bleſilla nati Eugenius qui fuit præſul Toletanus ſanctus, Euantius, ex quo Barroſi, Lucia quæ nupſit Stephano ex quo ſolus S. Ildefonſus, Ofilo qui duxit Euantiam, ex qua, Euantia & Ofilo iunior radix celeberrimi generis Toletanorum magnatum. Itaque Ophilo pater Toletanorum ex femina de genere S. Ildefonſi, & ex femina etiam Barroſi per Euantiam comitem. Ofilo iunior, confirmat in 8. Tol. concilio, eſt comes cubiculariorum, id eſt Camerarius maior an. 653. filius eius Recaredus Palatinus in concilio 12. Toletano confirm. Et poſt duos annos in con-

ſup. pag. 176. *Barroſi Toletani, S. Ildefonſi genus.*

*Toletani Magnati* ſup. pa. 175. *&* pag. 178.

*Comes cubiculariorum.*

cil. Tolet. 13. habuit officium ſuæ gentis comes Scaua... filius Ricaredi comes con. Vitulus 15. Toletano anno 688. & concil. 16. anno 693. idem Vitulus & vocatur vir inluſtris, interfuit concilio 17. & irruptioni Maurorum in Hiſpaniâ, & vixit ad annum 730. interfuit pactis ciuitatis Toletanæ, euaſit ex bello & pugnis Sarracenorum, iuit ad Aſturum montes cum Vrbano & Pelagio adlatum arcam ſanctam reliquiarum, reliquit filium Hellam ad annos 780. reliquit filium Pelagium ad annos 830. reliquit filiolum Vitulum ad annos 890. reliquit filium Vimiranem ad annos 925. reliquit filium Elecam ad annos 960. reliquit filium Elecam 2. ad annos 980. reliquit filium Rudericum ad annos M. reliquit filium Guterium Ruderici qui ſeruiuit Comiti Garſiæ Ferdinandi, à quo deinceps manifeſta eſt ſeries Illuſtriſſimæ gentis Toletanorum, qui ſemper habuerant domum in ſuperiori ciuitatis Toletanæ parte verſus ſeptentriones, quæ vocatur adhuc domus S. Ildefonſi. Hæc in gratiam huius generis comes Petrus vir inluſtris à regibus etiam legionis originem ducens mihi amiciſſimus fuit.

*Lege* Scanciarum: *& in eodem Concilio* 13. *ſubſcribit Vitulus Comes Patrimonij, & in Concilio* 16.

Los de Tolede. p. 176. 177.

*Domus S. Ildefonſi Toleti.*

Eiuſdem D. Ildefonſi Archipræſulis Toletani carmẽ ſepulchrale pro S. Helladio præſule Toletano.

*Præſulis Helladii tumba requieſcit in iſtâ*
*Corpus, at illius ſpiritus aſtra tenet.*
*Toleti lector fuit hic, dum degit in aulâ,*

S. Ildefonſi carmen ſepulcrale pro S. Helladio.



*Ex monacho lector Agalienſis erat.*
*Hinc Toletanam rapitur violenter ad vrbem*
*Confectus ſenio, ſed pietate vigens.*
*Corporis exuuias martyr Leocadia cepit,*
*Iſta domus reges Pontificeſque capit.*
*Vnde die extrema ſurget rediuiuus ad auras*
*Vt capiat meritis præmia digna ſuis.*
*Iamque octoginta ſenior tranſegerat annos*
*Gloria Pontificum, fax animoſa Dei.*
*Ildefonſus ego quem fecerat ille miniſtrum,*
*Perſolui ſancto qualiacunque ſeni.*

Vocat hunc lectorem ex Iſidoro in libro de officijs, is erat apud monachos Benedictinos quod arcarius. i. œconomus apud alios. Compoſuit hoc carmen D. Ildefonſus quum eſſet monachus. Notum eſt ſepeliri ſolitos reges Gotthorum & Pontifices Toletanos in regio Cœnobio S. Leocadiæ Prætorienſi, id eſt ſuburbano, quod exædificauit opere miro Rex Flauius Siſebutus in honorem ſanctiſſimæ Virginis patronæ & ciuis.

*Arcarii officium.*

*Templum S. Leocadiæ à Fl. Siſebuto exædificatum.*

Aliud eiuſdem pro S. Eugenio Auunculo Tol. Pontifice.

*Aliud carmen S. Ildefonſi pro S. Eugenio Auunculo.*

*Præſulis Eugenii iacet hic venerabile corpus,*
*Quem Leocadiæ templa verenda tenent.*
*Hic monachus fit, mortales dum perfugit vmbras*
*Et Toletano præſul in orbe ſenex.*
*Vita beata fuit, mores ſine labe pudici,*
*Qualis Iſidorus atque Leander erat.*

*Diſcipulus dat dilecto poſtrema magiſtro*
*Et conſanguineo funeris officia.*

Hic fuit frater Luciæ Matris, filius Nicolai & Bleſillæ ſanctiſſimorum & fidelium Patrum, poſuit hoc carmen iam electus; iacere ad S. Leocadiam eius corpus venerabile docet Ildefonſus in eius vitâ, quam in gratiam Toletani populi ſcripſit.

*Aliud carmen S. Ildefonſi pro S. Leandro & Maſſona.*

Eiuſdem carmen pro S. Leandro & Maſſona Metropolitanis hoc Emeritenſi, illo verò Hiſpalenſi.

*Leander pater excellens, quem ſuſcipit Æther*
*Laudibus ornatum, conſpicuum titulis.*
*Incus arianæ gentis, medicator & idem*
*Doctor Iſidori, quem generat domino.*
*Tu quoque ter Felix Meritenſis gloria terræ*
*Mauſona, conſilio, pectore, mote, fide.*
*Ambo pares animis, pietate & laudibus ambo,*
*Inque domo magni murus vterque Dei.*
*Viciſtis tolerando minas animumque rebellem*
*Regis, eum ſceleris pœnituiſſe ferunt.*
*Vos ſoboli regis biforem reſeraſtis olympum,*
*Per vos alter enim martyr ad aſtra volat.*
*Alter & ad roſeas emergit luminis auras,*
*Et quâ luce caret, tunc iubar eius habet.*
*Vos memorant genti Gothicæ tribuiſſe ſalutem,*
*Linquit & inviſum dogma piumque tenet.*
*Vos merito victrix laurus, ſequiturque perennis*
*Gloria, tot meritis debita magnificis.*



*Semper veſter honos atque inclyta fama manebit,*
*Voſque canent populi, ſed magis aſtra canunt.*
*Eſtis enim æternâ præcincti tempora fronde*
*Inter doctores ſplendidiore loco.*

*SS. Eugenius & Ildefonſus duo Hiſpaniæ lumina.*

In his atque ſimilibus Epigrammatis & ingenium & eloquentia emicat ſanctiſſimi Doctoris Ildefonſi, cuius qui videt opus ſynonimorum: in quo deuotioni erga virginem laxas habenas ſoluit. Fuerunt ij duo patres velut ſplendidiſſimæ quædam totius Hiſpaniæ lampades, qui doctrinæ ſanctitatiſque ſuæ radiis hæreſeos tenebras facillimè pepulerunt, gratiſſimâ luce corda miſerorum hominum latiſſimè perfundentes.

Sequitur Epigramma ad ſanctiſſimum virum & Doctorem Fulgentium eiuſdem patris Ildefonſi carmine.

S. Ildefonſi Epigramma ad. S. Fulgētium.

*Fulgenti noua Carthago, quem reddidit auris*
*Teque nimis Felix poſt modo patre fuit.*
*Inde patrem recipit te gaudens Aſtigis vnda,*
*Qua fruitur Bætis, teque magis fruitur.*
*Corrigis effrenes mores, vitamque tuorum*
*Erudis exemplo, Doctor & eloquio.*
*Hiſpalis ipſa tuos cineres cum fratribus aptat*
*Tres eadem fratres continet vrna ſimul.*

Satis conſtat S. Fulgentium obiiſſe poſt Leandrum, & inter fratres poſtremò deceſſiſſe natu minimum Iſidorum. cui S. Ildefonſus & conſanguineus & amicitiæ vinculo colligatus ſepulchrale fecit carmen: Ad ſanctum

Iſidorum adhuc monachum fecit Epitaphium.

S. Ildefonſi Epitaphium, ad S. Iſidorum.

*Mens penetrat cælos, hæc corpus dormit in vrnâ,*
*Dulce decus gentis Dux Iſidore tuæ.*
*Quæ tibi diſcipulus ſacrat præſumme magiſter,*
*Qui fuit exilii parſque comeſque tui.*
*Carmina ſume libens, & quem tu viuus amaſti,*
*Poſt tua ſecurus fata magiſter ama.*
*Ora pro nobis miſeris clariſſime Doctor,*
*O decus Heſperiæ, relligionis honor.*
*Da rogo te facilem, te deſine quæſo rogari,*
*Teque vocant populi, diſcipuluſque vocat.*
*Quem variæ cingunt curæ, quem denſa pericla*
*Infeſtant, cœli fac ſtatione frui.*

Quod hîc dicit in exilium miſſum S. Iſidorum, clarum eſt ab hæreticis Arrianis ſede pulſum, aliquantulum Malacæ moratum fuiſſe, donec operâ regis Siſebuti reſtitutus eſt, vt ex quibuſdam epiſtolis, quæ ſequentur, manifeſtum erit. Nam præterea S. Ildefonſus ſemper viuum mortuumque coluit Iſidorum, & eum tamquam magiſtrum in ſuis dubiis quoad vixit conſuluit, extant eius ad Iſidorum & Iſidori ad eum aliquot Epiſtolæ, quas, quia paſſim tenentur manibus ſapientum hominum, hîc non pono.

S. Ildefonſi carmen ad S. Florentinam

Sequitur carmen S. Florentinæ Virginis eiuſdem S. Pontificis Ildefonſi, quod ſic habetur.

*Florentina micans, decus immortale pudoris,*





*Intemerata parens virginei que chori.*
*Pauperiem præfers opibus, Chriſtumque marito,*
*Qui tibi diues opum plurimus eſſe cupit.*
*Omnia calce premis, quæ fallax mundus adorat,*
*Sponſa Dei pauper pauperis aſtra petis.*
*Gaude ſorte tua, quo vis fruitura per æuum*
*Agnumque agna tuum læta dehinc ſequere.*
*Caſtas funde preces, pro noſtro virgo reatu*
*Quemque tuus ſponſus iuuit, & ipſa iuua.*

Einſdem ad S. Leocadiam

Carmen eiuſdem ad S. Leocadiam Virginem & martyrem.

*Nam quibus ipſe tuos cantabo laudibus actus*
*Sanguine clara tuo, clarior ipſa fide.*
*Leocadia æterni ſponſi ſociata cubili,*
*Quem modo complexu ſed ſine fine tenes.*
*Toleti decus ipſa tui, quam Hiſpania tota*
*Inuocat, & precibus ſupplicat vſque ſuis.*
*Te Dacianus agit, furiis feralibus actus,*
*Vincere te diro carcere poſſe putans.*
*Hic crucis auxilio morientumque acta dolore*
*Iam macerata diu, non ſuperata manes.*
*Omnipotenſque tuis faciles accommodat aures*
*Optatis, flagro cæſa per aſtra volas.*
*Et mihi ter miſero renitenti ſplendida vultu*
*E tumulo egrediens cerneredas facilem.*
*In populi ore pii velum das ſcindere ferro,*
*Et mandata Dei das genitricis amans,*
*Te laudent ſuperi, laudat quam turba piorum,*

*Eſto memor tui Virgo clientis ouans.*
*Toletum te voce vocat, quam ſanguine fundis,*
*Proque tuis ſolitas ciuibus adde preces.*

Sanctam Leocadiam Virginem & martyrem Toletanamque ciuem virginem Deo ſacram carceres & horrendas pœnas ſub Daciano pertuliſſe ſacræ tabulæ Toletanorum & frequentes memoriæ martyrologiorum teſtantur; eam S. Ildefonſo ad eius tumulum ſupplicanti viuam hilaremque ſeſe videndam præbuiſſe docet nos Taxila Toletanus Archiepiſcopus in vita Ildefonſi. Nunc verò poſt hæc carmina ſequuntur quædam Epiſtolæ, quarum prior eſt Artuagi Monachi Gotthi ad D. Iſidorum, quæ ſic incipit: *Reuerendiſſimo Domino Iſidoro* &c.

*S. Ildefonſi Carmen in tranſlatione corporis S. Fulgentij.*

Carmen D. Ildefonſi Archiepiſcopi Toletani, quod poſuit in tranſlatione corporis S. Fulgentii Carthagine Spartaria poſt annum mortis eius 34. ſcilicet ann. 664. Hiſpalim.

*Crux hæc alma gerit geminorum corpora fratrum*
*Leandrum Iſidorum pariterque ex ordine vatum,*
*Tertia Florentina ſoror, deuota perennis,*
*O quam compoſitè concors hæc digna quieſcit,*
*Iſidorus medius diſiungit membra priorum*
*Hi quales fuerint libris inquirito lector:*
*Cognoſces & eos benè cuncta fuiſſe locutos,*
*In quibus hic recubat Fulgentius: inſpice tres hos*



*Spe certa plenoſque fide ſuper omnia charos*
*Dogmatibus cernes horum cernes creuiſſe fideles*
*Ac reddi domino, quos impia iura tenebant,*
*Atque viros credas ſublimes viuere ſemper,*
*Aſpicies puros, ſurſum contende videre.*

In chronico eſt carmen S. Ildefonſi de proſcriptione & virtutibus S. Iſidori. ſic incipit: *Sidus honeſtatis* &c.

Eiuſdem Ildefonſi carmen de Syagria patruele ſua.

Carmen S. Ildefonſi de Syagria patruele ſua.

*Nunc Ophilonis ego ſoboles Syagria nupſi*
*Theodato Aruernâ nobilitate pari.*
*Inque Gothis Ophilo ſed Aruernâ gente maritus*
*Vir fuit apprimè nobilis atque pius.*
*Coniugio durante viro peperiſſe Bonitum*
*Contigit, in multis optimus iſte fuit.*
*Mira canunt puero ſæclis voluentibus æui*
*Euentura; Deus ſoſpitet iſta mihi.*
*Emorior conſorte thori atque ſuperſtite nato*
*Cum matre & caro progenitore cubo.*
*Indulget ſi multa Deus mihi crimina clemens,*
*Æterna requie ſors erit inde frui.*
*Qui legis hæc effunde preces, pro meque rogabis*
*Aſiduâ numen candidus ipſe prece.*

Ophilo fuit frater Stephani, qui Ophilo habuit filiam nomine Syagriam, quæ data eſt in matrimonio viro ex ſtirpe Romanâ nomine Theodato, ex quo matrimonio genitus eſt Bonitus qui fuit vir miræ ſanctitatis & humilitatis,

cui facto iam Aruernorum Epiſcopo dedit B. Virgo veſtem miro candore. Obiit poſt annum Domini 700. filius patruelis S. Ildefonſi Toletani.

Miſſa de aſſumptione B. Virginis Mariæ non Iſidori, ſed Iuliani Pontificis Toletani eſt.

Officium S. Iacobi Apoſtoli eſt compoſitum à Maximo Cæſarauguſtano Epiſcopo, Præfatiò eſt S. Iſidori & hymnus.

Ego Iulianus, Petro Cymbenſi ſepulto apud Abulenſem ciuitatem, qui colitur 1. Nouembris, libuit in eius laudem, quem noui, carmen facere.

*Petre decus noſtri nec non noua gloria ſæcli,*
*Quem Abulenſis habet vrbs generoſa virum.*
*Vaſta tibi placuit plus vrbibus, o Petre, Eremus,*
*Mens vbi tota Deo relligioſa datur.*
*Et viuens morienſque ſolum natale relinquis,*
*Nil pius in patriâ ſe vir habere putat.*
*Mutaſti fora cum ſyluis, mortalia cælo*
*Illuſtrant buſtum plurima ſigna tuum.*
*Ora pro nobis agedum pie Synchrone Petre*
*Qui tibi deuoti pectore, voce ſumus.*

*Paſchaſius ciuis Toletanus.*

Contemporaneus meus Paſchaſius ciuis Toletanus Vlmeti domum habens vita ſigniſque mirabilis claruit in vita & in morte, peregrinatus eſt in terram Sanctam Hieruſalem, inde rediens ædificauit domum in laudem S. Crucis, quam ipſe dilexit, pauperque fuit: in cu-


ius ego laudem verſus feci, qui incipiunt:

*Sub cruce, ſub Chriſto dum corpore vixit in iſto &c.*

Quia ſigno crucis multa fecit mirabilia. Obiit ibi die noto S. Crucis Maij, ærâ 1173. vir ſanctus fuit.

Paula Barbata vide ſupra n. 249.

De ſanctâ Virgine Paulâ dictâ Barbatâ Abilenſi in Hiſpania.

*Seruat ouis caulam, quam dicunt nomine Paulam*
*Nomine Barbatam compellat turba beatam:*
*Forma fuit talis, Catharina in Virgine qualis*
*Quum mala gentiles colerent Abulenſia viles*
*Tecta ſub Hiſpano (qui præſes tunc) Daciano*
*Hanc amat ardenter demens eques impatienter*
*Qui dum venatum properat, ſe ſe iugulatum*
*Secernit bellæ maleſanus amore puellæ,*
*Ibat per campos Virgo peramabilis amplos*
*Illam peruadit venator, ſapienter euadit*
*Illa, ſed abſque mora rogat admirabilis ora*
*Illa ſibi dari barbam, nimiumq; notari.*
*Sed Deus hoc fecit, miratus & ille receßit*
*Quo pia Virgo fugit, quo tunc ceu leo rugit*
*Ipſa benè vixit, & in ſua vita reuixit.*

Hoc carmen fecit ſepulchrale S. Ildefonſus Iuſto:

S. Ildefonſi carmen ſepulcrale S. Iuſto factum.

*Chare pater nobis, tum re, tum nomine Iuſte*
*Qui numeros imples nominis ipſe tui.*
*Helladij ſoboles monachus puerilibus annis*

*Is Benedictini ſplendida norma chori.*
*Fiſque pater monachis multis, ſeruoque tuorum*
*Alfonſo, nutrit quos Benedicte tibi.*
*Poſt Toletanum raptaris paſtor ad ædem,*
*Tempora Epiſcopij certa fuere tui.*
*Dignus eras vita, ſed mors inopina recondit*
*Spes multas tanti præſulis atq; patris.*
*Ingenio celeri iuncta eſt facundia mira,*
*Iudicium grauitas concomitata ſenis.*
*Tertia pontificem tantum te viderat æſtas,*
*In Leocadiæ mortuus æde iaces.*

DYPTICA erant quædam tabulæ argenteæ quæ tempore Symmachi dono mittebantur. ſic Epiſtola 80. Filius meus Symmachus peracto munere candidato offert tibi dona quæſtoria, & quos neceſſitates noſtras pari honore participat. Quæſo igitur vt eius nomine dyptica & apophoreta ſuſcipere dignemini, qui apparatui eius plura & præclara tribuiſtis, propterea domino & principi noſtro ad referendam largitatis eius ſedulam magis quam parem gratiam auro circumdatum dipticum miſi, cæteros quoque amicos eburneis pugillaribus & canaſtillis argenteis honoraui.

*Nota auctoris cuiuſdam ſeu tranſcribentis, non Iuliani. & ſcribendum Dyptica, non dipthica. Vid. Iuretum in Epiſt. 81. Symmach. lib. 2. & Cerdam in aduerſariis ſacris. v Dyptica. Adde Guid. Pancir. lib. 1. Theſaur. Variar. lect. c. 23. p. 30. lit. D. & E.*

Et lib. 5. Epiſt. 54. etiam meminit dipthici: Ad te dipthicum candidati, & apophoretum librorum argenti duorum per hominem tuum miſimus approbare, cupientes editioni te noſtræ animo non defuiſſe.

Et lib. 9. Epiſt. 109. non aſpernabere, vt exiſtimo dipthici & apophoretici noſtri oblationem, neque enim graue eſt verecundiæ tuæ ſolemnia & votiua ſuſcipere.

Et apud Prudentium vt monuit Giſanius, nam libellum qui tetraſtichis continet nouum ac veſtus teſtamentum, dipthicum vocatum eſſe contendit, antea falsò dipthoquenm, & apud Gennadium reponendum eſt dipthicum, duplices enim tabulas noui & veteris teſtamenti vocat diptyca, alij vocant Enchiridia. Sic Gennadius imprudens compoſuit dipthogeon pro diptycon. i. dipticum de toto veteri & nouo teſtamento.

FINIS.